




197
C









DISCURSVS ACADEMICVS DE
PACE
AD INVICTISS: SVEC. & C. REGĒ
NICOLAI SCHAFFSHVSI.
I. V. D.

P

N

A

Su



Discursus Academicus
De
Pace constituenda,
firmanda & conservanda,

Auctore
NICOLAO Schaffshausen
Livono, in Illustri Witteberga
Jurium Doctore

Ad Inviētissimum Sveciæ Regem
partâ libertate pacis cupidissimum.



WITTEBERGÆ,
Sumtibus JOHANNIS HELWIGII Bibliop.
ANNO MDCXXXII.

Dissertatio Academica

De

Pace Constitucenda

firmanda & conservanda

Auctore

NICOLA O ECHSTADTER

Livono, in Illustri Wirtemberg

Incunctorum Doctor

Ab Invenio in summo Sacrae Regem

perit libere pace cupis summa



WITTEBERG

Summibus Johannis Hieronymi

Annno MDCXXII



D

Su

rum

F

Vit



OR





Omnis ætatis ac memoriæ fortissimo

Heroi,

Dn. GUSTAVO ADOLPHO

Suecorum, Gothorum, Vandalo-

rumq; Regi potentissimo, magno Principi

Finlandiæ, Duci Estoniæ, Careliæ,

Franconiæ, nec non Ingriæ

Domino,

Religionis & Libertatis restauratori fe-

licissimo,

Dn. meo clementissim. o,

Vitam diuturnam & majestatem perennem

precor.



Uod de Brutorum

genere linguæ latialis Sva-

da Tullius alicubi perhibet

Deorum illud immortalium,

) 3

munere

*munere datum Reipub. Romanae, & eorum
nomen ad libertatem populi R. vel constituen-
dam vel recuperandam: id ipsum Regum in-
victissime justius nunc & multò verius
adfero, Te unū summi ex excitiuum
Imperatoris Dei beneficio datum
orbi terrarum, tuumque auspici-
simum nomen (quod reverendum
hostibus juxtā & amicis carum ac
venerandum) ad labantem religionem
libertatem vè fulciendam, nec non pa-
sem postliminiò restituendam. Re-
gias enim animi artes, heroicas vir-
tutum dotes, prosperrimos rerum
successus homericis saltem ocellis
si quispiam pellustret, & peculia-
rem numinis divini præsentiam ar-
que opem in ijs non conspiciat, næ
ipsum talpæ vel leberidis cæcitatem
longè existimari potest superasse.*

NON

Non utique comptâ orationis prolixitate laudabo illa, quibus vel alii quondam nominum suorum memoriâ à situ & pulvere vindicarunt, scilicet *sobriam frugalitatem* tuam bonæ valetudinis matrem, quam parco ac parabili victu potnque, cum sudor, pulvis & alia talia, epulis Tibi jucundiora sint, ad implenda naturæ desideria defungaris, offensus vehementer desidis luxuriæ sociennis, qui baccheis liquoribus subindè immadescunt: vel *continentiæ ac moderationis* in altissima sorte eminentia bona, quàm solerter obsequia inter fortunæ, quam contra mortalitas non satis cauta est (ita namq; ejus vis licentiam naçta homines perniciosâ agit libidine) cupiditatibus tuis imperes, & te ipsum, quod

quod operosius, quam hostes vincere, superes: vel clementissimam
*amorū benignitatem, quibus adhibito aptè
suaviloquio omnium* Tibi animos reddis obnoxios, Teque incrementis
tuis majorem, haut ignarus,

*quod nunquam stabilem sortita superbia
sedem.*

vel portentosam fortitudinem, quæ te inter angustias murorum, ritu ignobilium ferarum strepitu prætereuntium audito sylvarum latebris se occultere consuetarum, delitescere non sinit, quâ etiam ceu stimulo concitatus non magis summi Ducis, quàm militis munera exequeris, victoriam in eo positam cū *Alexandro M.* ratus, si ipse ante signa stare, & tuos terræ suæ solo, & cœlo acrius animatos fugæ dedecus honestâ morte
vitan-

vitandū voce masculā hortari pos-
sis: vel denique *prodigiosam velocitatem*,
quā ipsam famæ celeritatem ante-
cessisti; adeò ut dubitare liceat, tot
latissimas provincias an citius, an ve-
rò facilius recuperaris; quam velo-
citer unus annus fatetur, quam faci-
liter omnia penè loca probant, co-
dem plerumque quò obsessa, die
capta, incolis Tibi tanquam divi-
nitus destinato Regi adulantibus.
Miratur *Julius Florus Romanos intra*
quadriennium maximam Italiae partem, for-
tissimas gentes, opulentissimas urbes, uberr-
mas regiones in ditionem rede gisse; obstu-
pesceret ædepol, si Te alacritatis Ro-
manæ æmulum intra anni, & quod
paululum excurrit, spatium 124. vi-
rorum præsiis, murorumque soli-
dâ compagine tutissima oppida.

(:)

s

(hue

(huc *Livonia, Lituania, Borussia, Sarmatia*
arces & munimenta haut refero)
fuso, fugatoque tanto exercitu, cu-
jus sola fama, maximum in bello
momentum, terrere pavidos, &
inconditæ voces, quam circumjecta
littora multiplicato sonu referebāt,
veli-volam classem ex alto *Pomera-
niam* primitus prospicientem aver-
tere potuerant, in Germania homi-
num isthac & omnis bellici appara-
tus officina domitricibus armis oc-
cupasse, eidem comperire daretur.
Sed isthac potius carptim deliba-
bo, quæ vix in uno ab omni ævo re-
perta divinitatis quandam speciem
præ se ferunt, *perspicacissimã* videlicet
prudentiam & *eximiam* maximè *pietatem*
tuam. Illam si intueor quantæ mo-
dis, ab uno capite tot contineri ca-
pita

pita & immensam multitudinem
hinc inde dispersam, nec non ad va-
ria officia obeunda destinata, quan-
doque turbidam ac inter se discor-
dem redigere sub commune quod-
dam obedientiae jugum. In una
Reipubl. nave proh Deum! quam
opus multis virtutibus, quibus ceu
anchors illa firmetur, quam varia
rerum cognitione, quam velut clavo
gubernetur, quam sapientibus con-
siliis, quorum ceu sideritis ductu to-
tius gubernationis cursus in undu-
so mari syrtes effugiat & scopulos
evitet. Ast tu non uni alicui navi-
culae, sed tanquam Imperiorum
classibus praefectus leges & iussa so-
lus ponis, maria, terras, bella & pa-
cem sine monitoribus moderaris,
ardua omnia consulta, qua quan-
(:) 6 doque

doque spes aut metus elicere debe-
bant, absque arbitris & ratione pru-
dentia & eventu felicia, aestimatione
tecum secretâ pensitas, ut hinc ve-
rissimè dixero, Te unum quasi ex
specula sublimi illustre lumen atq;
adeò cœlestem quandam facem
omnium Imperatoriarum artium &
scientiarum reliquis, qui hominum
suscepere ducatum, præbere. Hanc
velut virtutum omnium fundamen-
tum, & maximum vitæ præsidium si
in te considero, non possum, quin
fallaci nullatenus augurio pronun-
tiam, tuæ pietatis remedio surrectu-
ra, quæ pridem alii scelorum atro-
citate diruerunt, & Tibi omnia in-
ter religionis sinceræ arcam gerenti
nec blanditias fortunæ, nec minas
ejus formidandas esse, quandoqui-
dem

dem non ancipitis fati eventus, sed immota
pietatis cultus rebus tuis famam pre-
tiumque constituit. Fatendum est
plurimum virtuti, plus autem reli-
gioni abs te animi magis fide, quam
ostentatione verborum cultæ tri-
buendum, quoties hæc orationis
devotæ fulcimento solidata heroï-
co impetu in pericula Te,

--- --- quem ille timorum
maximus haud urget leti metus,

profectum protexit, quoties spe-
cies imminentium periculorum
præfagienti animo per somnos ob-
jecit, quoties paratissimas sicario-
rum machinas retudit! Ista olim
Crateri ad Alexandrum erat oratio,
*Quantalibet vis omnium gentium conspiret in
nos, impleat armis virisque totum orbem, clas-
sibus maria consternat, inusitatas belluas indu-*
cat

cat, tu nos prestabis invictos. Hæc ad Te,
Regum fortissime, esto mea, licet nequif-
simi perfidiæ scelerumq; architecti
Esauitæ, quorum doctrinâ, nil spi-
nosius, oratione nil virulentius, vitâ
nil fucatus, quique, quod olim in
barbaris Poeta Ethnicus vitupera-
bat,

*Spicula non solo spargunt fidentia ferro
stridula, sed multo saturantur tela veneno,
vulnera parva nocent, fatumq; in sanguine
summo est:*

nulla manus illis fiducia tota veneni est.

Omnes technarum lapides move-
ant, quævis noxia funesti Martis fe-
mina conquirant, & totum terra-
rum orbem in arma sanguinemvè
omnimodis contendant trahere;
tua Te tamen, nec non nos pietas
incolumes tutabitur, tua tandem
virtus

virtus subnixa DEO & VICTRI-
CIBUS ARMIS

ferrea belligeri compescet limina Jani.

Atqui hæc inter alias complures
causa non inferior est, cur Acade-
micos hosce Pacis fructus, qui non
ita pridem velut præcoces excurrê-
re germinationes, meritorum de-
nuò tuorum indulgentiâ evocata,
Tuæ clementiæ radiis ac caloribus
fovendos offerre humillimè volue-
rim. Aquila quanquam super nu-
bes ut plurimum elevata pervoli-
tet, remissioribus tamen pennis nō-
nunquam ad terram descendit: ita
regia cogitationum & functionum
tuarum sublimitas, veluti comper-
tum habeo, ad aspernandam hu-
juscemodi pagellarum lectionem
se interdum dimittit. Gratulabor
autem

autem valdè mihi, si vel fructuum
horum immaturitate hoc obtinue-
ro, ut clementissima Favonii tui *Rex*
Serenissime aura mihi impofterum fva-
viter adspiret. Quo in voto Te
Religionis & libertatis nostræ *Atlantem*,
diutiffimè fofpitem effe, & rem por-
rò pro acquirendo defideratiffimæ
pacis bono feliciter gerere animi-
tus cupio. Dabam Wittebergæ prid.
nonas Aprileis Anni M.DC.XXXII.

R. iæ T. æ Majestat.

æterno cultu & obfequio
fubjectiffimus cliens

Nicol. Schaffshausen
Liv.



Principes, Jurisconsulti,
Theologi:

HI prece, Consiliis isti, conatibus illi
Dum quarunt *PACEM*, da *DEUS*
inveniant.

Paulus Röberus D.

PAcē nihil melius, si eādida, si sit honesta:
At contrā Pax est insidiosa, Nihil.

O Princeps Pacis, Sincerā poscimus omnes
Te Pacem: Pacem reddito *εὐεργεσία*.

Multos, Sinceræ qui Pacis verba loqvātur,
Excita, & in Tuta Pace tuere viros.

Talia quum præsens quoque Codex verba
loqvatur;

Faxis Autorem commoda Pacis alant.

M. Erasmus Schmidt

Græc: & Math: Prof:

Witeb.

IN



IN
Viri Clarissimi
NICOLAI SCHAF-
HUSII J.C.
Dissertationem
DE PACE

ad
Invictissimum Suecorum,
Gottborum, Vandalorumq;
Regem,

GUSTAVUM ADOLPHUM
D. G. Pium, Felicem, Trium-
phatorem &c.
EPIGRAMMA.

A *Rma alii, durumq; vocent in praelia Martē,*
Et quo sint doceant bella gerenda modo.
Quod

Quod ferri fas atque nefas : quæ munera
summi

Iusta Ducis : partes quas sibi miles agat :
Quando morâ effrenem præstet domuisse
furorem,

Quando urgendo atros accumulare
metus,

Fortunæq; instare pia : tu doctè, memento,

SCHAEHLI magna differere apta toga.

Hoc seculo debetur opus, tot cùm exulat annos,

Et pax, & sancta pacis alumna quies.

Spargere feralis facile est mala semina belli :

In turbas animi plebs quoq; plurimum
habet ;

Bed cohibere nefas, tutam & præstare quie-
tem,

Non nisi mens doctis artibus aucta potest.

At tu, Parve Liber, gressus, i, perge pudicos,

Regis & ingentis numina dexter adi.

Dic supplex : cape dona libens pia, maxime

Victor :

Non alius nostro munere dignus erat.

Nam

*Nam quis restituet melius firma otia Pacis,
Invictâ quàm qui proteget illa manu?*

Amico amicus f.

Augustus Buchnerus.



no
de
go
cun
pac
de
ng
lio
pax





SECTIO I.

UNDE PAX.

Pacis (a) appellationem à pactio-
ne, verbo nominali cum Ulpia-
no Jcto (b) verius arbitror
derivatam.

(a) Alii eandem à verbis pa-
go (versus est 12. tabular. *quod-
cunq; pagunt oratione pagunt*) sive
paciscor, W E S E N B. in rubr. C.
de pact. Græci dicunt *πήγνυμι*
ἢ πηγύω, id est, figo, constabi-
lio: quidam à pacando, quod
pax omnia placet, & in pacatum
A sive

Pacis,

manu?

f.

nerus.

02

The

signa

02

02

02

02

02

Pax tran-
quilla li-
bertas.

sive tranquillum turbulenta re-
stituat statum, Unde pacem *trā-*
quillam esse libertatem dicit CI-
CERO 2. Philip. Pleriq; a. à Græ-
co *παύσαι*, h. e. quiescere dedu-
cunt: sed perperam, vel ex hac
una ratione, quod verbis nomi-
na sint priora, & actionibus res.

(b) In l. i. § 1. D. de pact. *Pactū*
à pactione dicitur, inde etiam pacis
nomen appellatum est. Cui teste
POMPONIO FESTO suffragatur
SINNIUS CAPITO, pacis vocem
à pactione cōditionum, quibus
victis solent victores ignoscere,
defluxisse putans. Et videtur huc
alluisse, CICERO Philip. 3. *In quo*
pactio pacis inquit, lex sit servi-
tutis. Invertit plane etymolo-
giam hanc ISIDORUS à pace pa-
ctum, & pactionem à genitivo
pacti

pacti additâ vocali O descende-
 re ratus, uti refert gl. in d. § 1. di-
 ctumq; pactum esse quasi ex pa-
 ce factum c. n. X. de verb. signif.
 Quæ quidem notatio quamvis
 secundum præcepta Grammati-
 corum, quatenus пак primū &
 simplex est nomen, quomodo &
 à jure justum ac inde justitiam;
 non à justitia jus vocitari dispu-
 tant, quod CICERO quoque ad-
 struere videtur, dum ex Venere
 potius venustatem, quam ex ve-
 nustate Venerem nuncupatâ ait
 lib. 2. de nat. Deor. rejici omninò
 nequeat: priorem tamen illam
 ULPIANI utpotè logicâ, quæ rerū
 magis, quam verborū deductio-
 nem respicit, & ad exactam
 rei enodationem Jctis nostris,
 qui non tam vocis originem

nta re-
 m trã-
 cit Cr-
 à Græ-
 dedu-
 ex hac
 nomi-
 us res.
 Pactū
 m pacis
 ui teste
 atur
 vocem
 quibus
 scere
 ur huc
 In quo
 r servi-
 molo-
 ce pa-
 nitivo
 pacti

& conjugationem grammaticam, quam nominis impositi rationem more Stoicorum, qui solertes admodum erant verborum architecti, investigare solent, ut doctè explicant GOEDD. in l. 164. n. 6. D. de verbor. signif. & VAL. GUIL. FORSTER. in tr. de pact. cap. 1. solennem, ac quasi concinnam magis retinendam duxi. Cum enim pax ut plurimum certis conditionibus, legibus & pactionibus constituatur, conficiatur & firmetur, ceu luculentè testantur TRYPHONINUS in l. in bello 12. POMPONIUS in l. si captivis 20. LABEO in l. si quid bello 28. D. de capt. & postl. revers. CÆSAR de bell. civil lib. 3. *Neq; ullum interim telum per pactiones colloquentium trajiciebatur.*

Pax plerumq; pactionibus constituitur.

tax. PONTIUS Samnitum Imperator apud Liv. lib. 9. *hoc fide, hoc fecialibus ceremoniis dignum erat, ut tu quidem, quod petiiste, per pacem habebas, tot cives incolumes, ego pacem, quam hosti tibi remittendo pactus sum non habeam?* Unde CICERO illam *συμφωνία* καὶ *ξύμβασις* absolutè pacem nominat ad Planciam scribens, *victoriâ pax non pacione potiunda est* lib. 10. famil. epist. 6. Et ad Atticum, *Ego si Pomponius manet, nec res ad pacem venit longius bellum puto fore: si Italiam relinquat ad posterum bellum a-σσοδοῦ* strui existimo lib. 9. epist. 12. Et idem alibi, *Equidem contra existimo Iudices, cum in omni genere ac varietate artium etiam illarum, quæ sine summo otio non*
A 3 facile

nmati-
 ositi ra-
 qui so-
 erborū
 ent, ut
 o. in l.
 gnif. &
 in tr. de
 c quasi
 ndam
 t pluri-
 s, legi-
 tuatur,
 u lucu-
 INUS in
 s in l. si
 si quid
 ostl. re-
 il lib. 3.
 e per pa-
 ajicieba-
 tur.

facile discūtur Cn. Pompeius ex-
cellat, singularē quandā ejus laudē
Et prestabilē esse scientiā in fœderi-
bus, pactiōibus, cōditionibus po-
pulorū, Regū, exterarū nationū, in
universo deniq; jure belli Et pacis, in
orat. pro L. Corn. Balbo. Itē RE-
GULUS non debuit cōditiones Et pa-
ctiōes bellicas perturbare perju-
rio lib. 3. officior. & contentum
suo continente, effectumq; sua
lit causa posterius. ARISTOT. 2
poster. cap. 16. Quidnī potius ex
pactiōe, cum inde pacis & cō-
cordiæ actus resultent, pacem,
quam vice versā ex pace pactiō-
nem dimanasse arbitremur?
Differt autem à concordia pax
remissione injuriæ, quæ proce-
dit propriè, cum ex una tantūm
parte offensa vel injuria est illa-
ta. hæc v. cū ex utraq; parte hinc
indē

Pax ex
pactiōe
dicitur.

7.
inde processerunt offensæ, Lu-
CAS. de PENNAIN l. i. tit. ult. C. l. 12.

SECTIO II.

QUID PAX.

Missa vocis originatio-
ne definitio Pacem (a)
quod sit ab inimica (b) ar-
morū (c) collisione & cun-
ctis hostilibus actionibus
(d) ordinata (e) & perpetua
(f) quies (g).

(a) Aliter eam definiunt BR.
& BL. Ille quod sit *pactum per*
quod bello introducto finis imponi-
tur Conf. 66. Hic, quod nihil sit
aliud pax, quā ipsa pacis capitula
Conf. 195, vel plena discordiarū se-
datio in l. i. D. de pact. & Conf 173.

ALBER. GENTIL. quod sit cōposi-
tio belli ordinata l 3. de jur. bell. c. i.



*Pax non-
nunquam
sine pactis
fit.*

*Probatur
exemplis.*

*Alexãdri,
devictis
Dario &
Poro.*

*Mahome-
tis, captã
Constanti-
nopoly.*

*Judithæ,
interempto
Holofer-
ne.*

JOH. BUSIUS. disp. pol. 10. th. 1.
Quod sit *conventio publica perpetuò ab armis sistendi*. At vero cum pax sine pactis, capitulis, & ullâ præviâ compositione nonnunquam fieri possit, quando scilicet aut hostibus omninò debellatis, aut hostium liberis regni-que successoribus occisis pax provinciæ sive populis restituitur velut *Alexandrum M. devictis Dario Persarum & Poro Indorum Regibus* CURT. lib. 5. & 8. de reb. gest. Alex. *Mahometem captã Constantinopoli*, isthac Imperii arce, Ecclesiæ hospitio, eruditionis alumnâ, omnis pulchritudinis diversorio, quemadmodum venustè depingitur à NICET. CHONIAT. in vit. Alex. pag. 284. *Juditham interempto Holoferne*, quem Persarum Rex

Cam-

Cambyfes ad Bethuliam expugnandam miserat, fecisse constat: quò etiam spectat ista C I C E R O N I S partitio; *aut victoria dicentis, detrahuntur arma, aut conditione ponuntur, aut denique defatigatione abjiciuntur* lib. 6. fam epist. 2: quocircà definitiones istæ tanquam definito suo angustiores firmo talo non stabunt.

(b) Ut ostendam arma etiam *Arma col-*
collidi amicâ manu; quod fit, *liduntur*
in progymnasmatibus illis pri- *amicâ*
vatis, quibus subditi assvescunt *manu.*
tractare ferrum, & in pace me- *In progym-*
dia sine ullo hoste decurrere, *mnasma-*
vallum jacere, & sese superva- *tibus pri-*
cua lassare labore: tum in lu- *vatis.*
strationibus publicis in denen ge *In lustra-*
meinen Landschaftes Musterun- *tionibus*
geni publicis.

. th. 1.
perpe-
o cum
& ullâ
nnum-
scili-
debel-
regni-
s pax
stitui-
devi-
ro In-
. 5. & 8.
etem
âc Im-
o, era-
ulchri-
admo-
à Ni-
Alex.
empto
m Rex
Cam-

gen/ quoties nimirum Principes
 in certum aliquem atque spatio-
 siorem locum sive diribitorium
 convocare subditos solent, ut
 eorundem explorent mores, ar-
 ma nec nō equos, quibus se bel-
 lo, seditionibus & aliis moli-
 tionibus tritos præstò sequi te-
 nentur: ibidemvé adhibeant re-
 gistra lustratoria, codicillos mi-
 litares, sive consignationes de-
 lectus & sequelæ, vulgò Muster-
 belege vnd Solgeregistere ex qui-
 bus certò probatur, num hic vel
 ille nobilis, tot equis, quot & in
 lustratione & militia secundum
 numerum adscriptum ac solitū
 comparère obstrictus est, num
 ille plebeius satis idoneo & con-
 sveto armorum genere in pro-
 cinctu adfit, AND. KNICH. de iur.
 verit. c. 3. sub vocabulo Colle-

ctæ,

etæ, n. 366. & seqq. Quarū exer-
 citationum, cum patria, libertas,
 cives atq; adeò ipsi Reges lateāt
 in tutela ac præsidio bellicæ vir-
 tutis C. I. C. pro Muren. utilitas
 quanta sit & quotuplex vix dici
 potest. I. Certè *nutriunt dimicā-*
di audaciam: siquidem nemo ad
 arma subitò animū erigit, nisi
 qui ad ea exercitatione præmis-
 sâ idoneum se confidit, VEGET.
 de re milit. lib. I. c. 1. Etenim juxta
 Venusini illud POETÆ l. 2. epist. 1.

Navim agere ignarus navis tē-
met: abrotonum agro
non audeat, nisi qui didicit dare:
quod Medicorum est,
promittunt Medici: tractant fa-
brilia fabri.

II. Peritiā quandam & agi-
 litatē cōmodū utendi armis & cæ-

Exercita-
tionū mi-
litarium
quadru-
plex uti-
litas.

1. Nutriūt
 dimicandā
 audaciā

2. Peritiā
 utendi cō-
 modē ar-
 mis sub-
 teras ministrat.

cipos
 atio-
 rium
 t, ut
 s, ar-
 e bel-
 moli-
 ui te-
 nt re-
 os mi-
 es de-
 tuster
 x qui-
 ic vel
 t & in
 ndum
 solitū
 num
 x con-
 n pro-
 de jut.
 Colle-
 etæ,



veras functiones militares ritè ob-
eundi subministrant; ita ut pedites
vel vim inferendo vel declinan-
do aliter atq; aliter arma adhi-
bere, in acie ordinis intervalla
custodire, nec ultra quam decet
vel laxare vel cōglobare agmen,
vel tardare vel accelerare gres-
sum, exonerare animosius bō-
bardas, obliquis ictibus venien-
tia tela deflectere, eaq; omnia,
quæ in præliis ac acie evenire,
solent, peragere expeditius que-
ant, VEGET. d. loc. c. 4. Equites
vero celeriter ex utroque latere
equum ascendere & desilire; in
concitatissimo equorum cursu
vel hastam vel sclopetū guber-
nare, atque inter armorum stre-
pitus & machinarum fulmi-
nia tonitrua equos cohi-
bere

bere possint, ne extra cornua
effusi agmen dissipetur. III. *im-*
minuunt expensas & sumptus
bellicos, qui multâ egent diligen-
tiâ, & citra immensam pecunia-
rum vim fieri haut possunt teste
Justiniano in Novel. 8. cap. 10.
S, 2. Ecquis n. non animadvertit
vilius constare armis erudire,
suos, quam mercede conducere
alienos, quibus, cum venales
habeant manus.

— ibi fas ubi maxima merces:
quiq; lucrum magis, quam bel-
landi causam sequi solent P.

GREG. THOLOS. de Repub. lib. 4. *Rem-*
n. cap. 3. n. 4? IV. denique *Pa-*
triam & Rempub. in tuto collo-
cant. Major namque & sancti-
or domesticis fidei cura est, vnde
fortitudinem non magis, quam
fidem colunt, *obsequiumque &*
imperij

3. *Immi-*
nuunt
sumtus
bellicos.

4. *Rem-*
publ. in
tuto collo-
cant.

imperii patientia longè his est præ-
stantior, quàm exteris, Curt. de reb.
gest. Alex. lib. 9. nec non cōsensu
quodam protegendam amādivè pa-
triā conspirasse intelliguntur; Sen
lib. 1. de clement. Cū è contrario
mercēarij sive aliunde adsciti ne-
que fide neq; affectu teneantur,
ut velint seriò dominationi alie-
næ sanguinē suū cōmodare, hinc
in ipsa pugna pavidi, sine pu-
dore flagitij, sine cura Ducis abire
& fugere solent. Tacit. lib. 1. an-
nal: sed æri tantum menstruo &
pretio addicti de præda potius,
quam de victoria & fine belli co-
gitēt. Hinc fiunt hirudines ararū
Cic. ad Attic. populatores pro-
vinciarū, quas à populatorib. vin-
dicare debebāt Curt. lib. 3. soliti
omnia, ut denuò Taciti verbis
utar lib. 2. histor, tanquàm externa

auri

*aut urbes hostium urere, vastare,
 rapere, insatiabiles exprobrato-
 res sui servitii existere, cū tamē
 parū aut nihil inserviant, & à pe-
 riculis longe se subtrahāt: in ca-
 stris quidē feroces, inq; cōviviis
 & circulis vix manibꝯ tēperātes.
 Liv. hist. l. 32. sive ut Dio. lib. 49.
 ait, ante experiētiā & periculi
 cōspectū nimis quantū audaces.
 Ast ubi ad prælia, in quibꝯ belli
 fortunā periclitari, non in cōvi-
 viis decet, ut dixerit Cic. in Ver-
 rin. 5. ventū est, animos mox cum
 armis abiicūit, *post principia sibi
 cavēt*, ut ait Thraso apud Terēt.
*inq; pedes cūctis mēs decidit imos.**

Sanè veluti *canes timidi vehe-*
mentius latrant, quam mordent
 (uti magicæ artis professione
 celebrer Cobares. *diverbium
 hoc apud Bactrianos vulgò
 usur-*

Et præ-
 de reb.
 sensu
 vè pa-
 ur: Sen
 trario
 iti ne-
 antur,
 i alie-
 e, hinc
 e pu-
 abire
 .I. an-
 uo &
 tius,
 lli co-
 araxij
 pro-
 ib. vin
 soliti
 verbis
 xterna
 aut

*Multi
mercena-
riorum
perfidiâ
ignaviâ
cladibus
adfecti.*

usurpatum tempestivè orationi
suæ interferit apud CURT. lib. 7.
ita his ante discrimin lingua
quidem prompta & temeraria
est, non æquè manus in discrimi-
mine acres & vegetæ LIV. lib.
22. Quemadmodum Carthagi-
nensium, Ludovici Sfortiæ alio-
rumvè cōplurium, qui ob mer-
cenariorum perfidiam & igna-
viam gravissimis affecti cladi-
bus, & hodierno die tot Princi-
pum

Ossa vides quorum vacuis ex-
sucta medullis. JUVENAL.
satyr. 8.

exempla luculentè testantur.
Quapropter THUCYDIDES lib.
1. in orat. Corinth. ad socios
Lacedæmonios eam Rempub.
facile vinci posse adstruit, cujus
vires

vires sunt mercenariæ, non vernaculæ. Quibus partim rationibus, partim exemplis Romani procul dubio antiquitus moti etiam pacis tempore l. 5. §. 1. D. de remilit. armatos alebant milites, qui cottidiano armorum exercitio ad bella se præparabant l. 15 C. eod. & tot. tit. C. de erogat milit. annon. lib. 12, ut Rempub. ab omni bellorum necessitate defenderent l. 31. C. locat. conduct. & plus sui roboris suarumque propriè virium in Castris haberent *Li v. lib. Alexandri* 25. quam auxiliariorum ex *pedro Margrini* copiiis. *ALEX. ab ALEX. cedoni, pegen. dier. lib. 1. cap. 5.* Quantum *lim pro-* Alexandro Macedoni olim *fuit stipa-* popularibus suorum catervis *tum fuisse* qui per objecta flumina, per saxa *populari-* sagittis inaccessa, per altissimas *bus cater-* nives *vis.*

ioni
b. 7.
ua
ria
scri-
lib.
magi-
alio-
mer-
gna-
ladi-
inci-
is ex
N AL.
uc.
lib.
ocios
pub.
cujus
vires

*Alexan-
dro Sveco
hodie
idem con-
ducit.*

nives & tot naturæ obstantes dif-
ficultates intrepidè eum seque-
bantur CURT. lib. 9, stipatum fu-
isse profuerit, rerum gestarum
magnitudo documentum est.
Et quantum hodie ALEXANDRO
SUECO religionis & libertatis
nostræ vindici victoriosissimo
SVECOS, LIVONES, FINLANDOS,
quib9 Regis felicissimi tanta ve-
ratio, ut cujuscunq; periculi in-
stantis metum ejus præsentia
facilè discutiat, nullum nisi
Rege suo reduce ad penates
iter esse credentes, in acie in-
castris habere conducatur, lo-
cuples experientia testis fa-
tetur.

*Arma ab
arcendo
adicta.*

c.) Quæ ab armo five *ouu*
seu humero vel etiam arcendo
sic

sic dicta, & propriè ea saltem
 esse pleriq̄ adserunt, quæ armo s
 humerosq̄ue nec non reliquas
 corporis partes tegunt, atque
 ad vim & injuriam arcendam
 pertinent, ut sunt galeæ, casi-
 des, thoraces, loricae, tibialia,
 humeralia, scuta & clypei l.
 qui commeatus 14. §. 1. D. de
 re milit. Ad lædendum verò
 & inferendum vim ac injuriam
 quæ spectant, ceu sunt *gladius*
basta, fustis, lapis, telum & hodiè
bombarda, sclopetum., & si quæ
 ejus generis alia, utpote spata,
 framea, romphæa l. 3. §. 2. D. de
 vi & vi armat. appellatione ar-
 morum non contineri. Verum
 siue ab arcendo siue ab armo
 arma nuncupentur, ea demum
 arma erūt, quæ in hoc facta sunt
 vel

esdif-
 que-
 m fu-
 arum
 est.
 NDRO
 rtatis
 simo
 NDOS,
 ta ve-
 li in-
 ntia
 nisi
 enates
 ie in
 , lo-
 is fa-

e ōuŵ
 cendo
 sic

vel habentur, ut nos tueamur.
 Atqui tam tela, fustes, hastæ, gla-
 dii, bombardæ, quàm galeæ, ti-
 bialia, thoraces defensioni ac
 tuitioni inserviunt. Nam & no-
 cendo nos tuemur: nec melius
 repelli hostis potest, quàm si in-
 ferre illi id inmitamur, quod in
 nos parabat arg. l. vim 3. D. de
 just. & jur. Ne dicam vel ea, quæ
 ad nocendum parata habentur,
 armo regi, agitari, sustineri.
 Absque usu enim armorum,
 nullus est armorum usus, ceu la-
 lè istud & eruditè explicat Dn.
 GOEDD. ad l. 41. D. de verb. si-
 gnif. Promiscuè igitur & hic
 loci armorū voce utor, tam qui-
 bus vim & injuriam illatam
 propulsamus, quam quibus e-
 andem hostiliter aliis intenta-
 mus. *Armis* siquidem, *non ani-*
mis-

mis, quod utique ignaviae, *nec Sine pa-*
verbis, quod ineptum est Liv. *ratu ar-*
 histor. lib. 8. *bellum gerimus*. Et *moram in*
 multa licet in bellis confician- *bello nihil*
 tur sine armis, non tamen absq; *geritur*.

paratu armorum bellum est ul.

libi, adeò ut miles armis destitu-

tus torpeat atque frigeat non

aliter, quam aculeo amisso apis,

cornu defracto taurus, & dente

evulso aper. Proin arma pro

vestibus milites intelligunt, ubi

exire pacti cum vestibus, armis

instructi exeunt. *Aliis arma o-*

neri sunt, nobis tegumento dicebat

miles Romanus, EGESIPP. lib.

3. Quinimò arma pro ipso inter-

dum bello usurpari patet ex vul-

gatissimo isthoc

— — cedant arma togæ.

vnde & VIRGILIUS armatos sub-

stantivè pro militibus dixisse

videtur. acduus

Milites

arma pro

vestibus

intelligunt.

Arma pro

ipso bello

usurpan-

tur.

*Ardius armatos mediis in mem-
bris adstans fudit equus.*

Nam etiamsi homines ante u-
sum ferri pugnis (unde pugnae
nomen) calcibus , moribus ,
(quod caninum & lege vetitum
athletis) ut ex illo LUCRET lib.3.

*Veterum
arma.*

Arma antiqua manus, vng-
ves, dentesq; fuerunt & HORAT.
lib.1. Satyr-3. patefcit,

*Cum prorsperunt primis anima-
lia terris.*

*Mutum & turpe pecus, glandem
atq; cubilia propter.*

*Vnguibus & pugnis, dein fustibus
atq; ita porro.*

*Pugnabant armis, quae post fabri-
caverat usus.*

& corporum luctatione nudi
certabant, veluti Gallos antiquis-
simos patefactis artibus gladia-
torio ritu pugnasse meminit.

STEPH.

STEPH
imper
arma
verbo
dibus,
& insp
fereba
ro acie
mum l
na coa
morta
res effe
7. vari
muniti
stes arr
quam
auro se
& ex c
dius oc
rint. Sic
-auro
chalco
& alibi



STEPH. FORCAT. lib. 3. de Gall.
 imper: mox *lapidibus*, quos inter
 arma refert Jctus in l. 41. D. de
 verbor. signif. *saxis*, & *ramis ru-*
dibus, dein *sudibus*, ijsq; obustis
 & inspicatis invicem sibi vim in-
 ferebant. Postea tamen ubi fer-
 ro acies data fuit, & solidissi-
 mum hoc metallum in cacumi-
 na coactū imbecillos fragiles vè
 mortales cunctis belluis fortio-
 res effecit, ut ait CASSIOD. lib.
 7. varior: non nisi corporibus
 munitioribus & *ferro* contra ho-
 stes armati prodierunt. Quan-
 quam verò potentiores etiam
auro se quandoque munierint,
 & ex eo arma sibi, ut splendi-
 dius occumberent, fieri cura-
 rint. Sic n. *Turnus* ille *Virgilianus*.
 --auro squalentem, alboq; ori-
 chalco Circūdat loricā humeris,
 & alibi, ruti-

*Arma ex
ferro con-
ficiuntur.*

*Olim eti-
am ex au-
ro.*

— rutlium thoraca indutus,
 ahenis
 horrebat squamis, surasvè
 incluserat auro.

Julius Cæsar tamen militibus
 quoq; præcepit, ut arma habe-
 rent auro argentoque ornata:
 inprimis ornamenti quidem
 causa: deinde ut res pretiosas
 acrius defendendas atque pro-
 pugnandas existimarent, uti ex
 SÆTON. narrat POLYÆN: strata-
 gem, lib 8.

*Non opus
 semper
 aperto
 Marte
 decertare.*

(d) Sunt omnes illæ quibus
 hostium vires debilitantur, con-
 firmantur nostræ; sive id palam
 fiat, sive clam & per insidias.
 Namque non semper opus a-
 perto Marte cominus & emi-
 nus cum hoste decertare, quini-
 mō gloriosum quandoque & fru-
 ctuosum magis per cuniculos rem
 agere

agere & fraude hostem uscisci,
 Unde VEGETIUS lib. 3. de re mi-
 lit. cap. 9. Boni Duces, inquit, nō
 aperto Marte praelium, in quo
 commune periculum est, sed ex
 occulto potissimum attentant,
 ut integris suis, quantum pos-
 sint, hostes interimant, vel certē
 terreant. Tritum illud *Choræbi*
 apud MARONEM Æneid. 2. jam
 pridem innotuit.

*--- dolus an virtus, quis in hoste
 requirit?*

Videmus venatores quasdam
 feras vi ac manu interficere;
 quasdam occultis laqueis aut re-
 tibus captare: ita belli furta pul-
 cherrimam laudem habent, uti
 à BRASSIDA fortissimo dictum
 meminit THUCYD. lib. 5, per quæ
 hostes Maximè decipiuntur:

B

amici

amici plurimum juvantur: quod
 AMMIANUS quoq; comprobat,
 dum ait, nullo discrimine virtu-
 tis aut dolo prosperos omnes
 laudari debere bellorū eventus
 lib. 17. cum quibus conspirat pi-
 issimus AUGUSTINUS, *quum bellū*
inquiens, justum susceperis, utrum
apertā pugnā, utrum insidiis vin-
cas, ad justitiā nihil interest, rela-
 tus in c. 2. c. 23. q. 2. exemplis edo-
 ctus *Josue*, cui Deus ipse mādat,
 ut *Civibus Hainiticis* insidias stru-
 at c. 8. *Davidis* qui jubet *Phili-*
steos à tergo adoriri 2. Reg 5. Nec
 deflexerunt ab hac ambage ve-
 teres *Romani* avidi alias & tena-
 ces regiae viæ LIPS. lib. 5. civil.
 doctr. c. 17, qui dolum quendam
 bonum dixerunt, & pro solertia
 nomen hoc acceperūt, maximè
 si adversus latronem hostemvè
 quid

Dolo qui-
dam dici-
tur bonus.

quid machinaretur, annotante
 Ulpiano in l. r. § 3 D. de dol. quip-
 pè cum ab oraculo relatam fue-
 rit, non Martis tantum muneri-
 bus, sed & astu belligerandum.
 PAUSAN. lib. 4. & jure naturali
 nonnullus sit licitus dolus, nec
 omnis deceptio illicita l. 16. D. de
 minorib. Ædepol hosce dolos
 maximam prudentiæ militaris
 partem à Duce si tollas, quid ni-
 si incautam habebis simplicitatē
 robore corporis stolidè ferocē?

*Doli ma-
 xima pru-
 dentia mi-
 litaris
 pars.*

quæ ut alibi noxia, ita cum pri-
 mis in bello exosa & malè audit,
 PHILIPP. FLORST. in disc. de bell.
 placit. 6 Quis n. id belligenus cū
 Acheis laudet, quō homines in
 se mutuò irruunt, non secus ac

cum duo conversis inimica in

prælia tauri

frontibus incurrunt

B 2

quiq;

quiq; inter sese multâ vi vulnera
miscent,

Cornuaq; obnixi insigunt, &
sanguine largo

Obiectio.

Colla armosq; lavant. Virgil. 12.

Æneid. At vero objiciunt alii,
veri militis imò viri esse non
fraude, neque occultis, sed pa-
lâm & armatum hostem ulcisci,
uti Tyberius Imperator & Sena-
tus responderunt Chatterû Prin-
cipi, Tacit. annal. 2. Quò cum
stare videtur Poeta,

Οὐδὲς ἀνὴρ εὐψυχὸς αἰζιοῖ
λάθρα

ἠεῖναι τὸν ἐχθρὸν :

Eurip. in Rhes. quia magnum
dedecus teste TULLIO lib. 3. offic.
& flagitium, quî cum laudis
certamen fuisset, eum non vir-
tute, sed scelere superatum, ad-
eoque nullam veram victoriam
esse,

esse
gni
cap
pla
fide
lis,
dur
lum
qui
hos
læsi
futi
Har
qui
offic
cert
pro
nem
bor
qua
bell

esse, quæ salvâ fide & integrâ dignitate non paratur FLOR. lib. i. cap. ii: Ubi autem dolus & supplantatio, ibi utraque salva nec fides, nec dignitas esse potest. Iis, qui ita cavillantur, reponendum, aliud solertiam, sive dolum licitum & ingeniosum esse, qui vel in *cavendo* vel *opprimendo* hoste citra conscientia & fidei læsionem adhibetur; aliud verusutiam, malitiam, perfidiam. Hanc nemo approbaverit, nisi qui virtutis *integritatem omnium officiorum fundamentum, & fidem certissimum vitæ humane pignus*, prorsus sublatam velit: illum nemo reprobaverit, nisi qui robore quam consilio, numero quam ingenio, quod unum in bello, ceu negotiis & periculis

*Objectionis dilu-
tio.*

B ; com-

vulnera

&

gil. 12.

at alii,

non

ed pa-

lcisci,

Sena-

Prin-

cum

ai 101

num

3. offic.

laudis

on vir-

n, ad-

toriam

esse,



*Dolus aut
verbis aut
factis ad-
mittitur.*

*Mauritii
Imperato-
ris men-
daciū
excusatur.*

*Themisto-
clis dolus
laudatur.*

compertum tradit C I C. in Ca-
ton. major. plurimū pollet, ma-
gis tribuit. Quapropter cum
omnis dolus aut *verbis*, aut *factis*
admittatur, ut bonū à malo di-
stinguamus, quā mente vel quo
modo & fine prolata gesta que
sint, semper inspiciendum. Uti
n. *Mauritium* Imperatorem ob-
fessos suos per literas monentē,
ut durarent, se namq; prædatum
iisse in agros hostium, & prædā
jam confecisse magnam mulie-
rum & rerum omnium, nemo re-
prehendit aut mendacii arguit,
quod falsa scripserit, & literas ab
hostib9, qui timore percussi ob-
sionē ilicō tolverunt, interci-
pi subornarit. Nec *Themistoclem*
fraudulenter egisse dicit, quod
Xerxem vera isthæc esse monita,
quibus Græcos exitum ei inter-
cisur

ciferos, nisi abitum maturaret, significabat, credentem, simulatione amicitiae citius è Græcia discedere cōpulerit PLUTARCH. in Themist. quippè cum suā potius facilitatē, qui hosti, cui nunquam credendū juxta SIRACID. c. 12. quiq; celare interdum veritatē potest, temerè patulas aures præbet, non etiā ejus accusare fidē debet: præsertim cum in nudo dicto statū, nec ad promissum descensum est; ALB. GENT. de jur. bell. l. 2. c. 5. ita probè Romanos fecisse nullus affirmat, qui spondentes liberā fore Carthaginem, civibus emigrare jussis, mænia & ædifica demoliti sunt, quasi civitas libera relinquatur, quæ aliò emigrare cogitur, & mænia ipsaq; ædificia ad

*Romano-
rum perfidia culpa-
tur.*

B 4

Cartha-

Carthaginē nō pertineant? Quia, cum certa conventio subsit, hic dolus commissus in fœdus est siue pactum, quod utique, ne omnis in bellis æquitas cesset, inter hostes servandum esse communigentium recepta calculo sententia sequentibus castra imperat. Pari ratione licet bellum apparare iustum, vim vi repellere, metumque ac tyrannidem avertere permissum sit, nemo tamen laudat *Florentinos*, quod *Udislaum* Hungariæ & Neapolis Regem in eos bella moventem, procuratione amicæ ejus è medio sustulerunt: quod *Hispani* Neapoli à *Gallis* obsessi, nocte egredientes non tantum puteos veneno, & pistores Gallorum, ut pani gypsum admisce-

rent,

Florentinorum improbitas arguitur.

Hispanorum malitia damnatur.

ren
etia
mo
ctus
vulg
de q
TIL.
tra f
rum
arm
mi c
lib. 2
vene
tum
hom
leme
medi
per h
fring
viror
destin

rent, pecuniis corrupêrunt: sed etiam formosissima scorta, quæ morbi, qui dehinc gallicus dictus, contagium in exercitum vulgarent, ex urbe demiserunt, de quibus exemplis agit GENTIL. dict. lib. cap. 6. atq; ita contra fas Deum, moresque Majorum, medicaminibus impuris arma violarunt, velut de infami cujusdã facto prodit FLOR. lib. 2. quippe cum armis, non venenis, juxta Senatus R. monitum apud VAL. MAX. lib. 6. c. 5. hominum contentione, non elementorum infectione & iis mediis bella geri debeant, quæ per humanam vim retundi infringiq; possunt; nec honestorum virorum, sed latronum sit, per clandestina veneficiorũ grassari scelera.

B 5

Quod

*Inbone-
stum per
clandestina
grassari
scelera.*

quia,
hic
st si-
om-
nter
mu-
sen-
npe-
lum
pel-
dem
mo
uod
po-
ven-
ejus
Hi-
no-
pu-
Ho-
sce-
nt,

Quod Imperatoria Majesta-
te dignissimis vocibus *Rudol-*
phus Habsburgensis contesta-
tus, qui *Othacarum* Bohemiæ
Regem in venatione occidere
promittentem, ita repulit: :
etfi *Othacarus* noster hostis est,
id tamen non efficiet, ut justitiæ
& honestatis fines transeamus, re-
ferente ÆN. SYLVIO lib. 3. de
reb. gest. Alphons. Videant igi-
tur, quo loco & ad quem cata-
logum referendi sint *Mariana,*
Bellarminus, Bucherius, tyranni-
dis Pontificiæ satellites acerri-
mi & alii ejusdem moneta, *loyo-*
litæ scil. hodierni illa generis hu-
mani carcinomata, qui non so-
lùm diabolicis parricidalis do-
ctrinæ scriptis horrorem ac de-
testationem parricidii labefa-
ctan-

Jesuitæ
parricida-
les Docto-
res.

ctan-
nes
& in
toti
tota
vita
infe
ferè
cere
si R
idol
exp
nen
fa su
har
tus
fus
His
rios
tun

stantibus deliros præcipuè se-
 nes, superstitionas mulierculas
 & imperitos adulescētulos mul-
 toties decepērunt, & etiamnūm
 totam Herouū & Magnatum
 vitam periculosam, insidiosam
 infestamque reddentes, eò mi-
 serè seducunt, ut Deo se rem fa-
 cere gratissimam arbitrentur,
 si Regibus, Principibus aut aliis
 idololatriam Papalem feliciter
 expugnantibus exitium machi-
 nentur, sicut *Ravaillacus* de cau-
 sa suscepti in *Henricum* IV. Gal-
 liarum R. Parricidii interroga-
 tus, liquidò ac disertè confes-
 sus est, L A N S. in consult. cont.
 Hispan. Sed ipsimet sica-
 rios emergantur, clām emit-
 tunt, globulos machinales &
 sicas

sta-
 dol-
 sta-
 niæ
 lere
 est,
 titia
 re-
 de
 igi-
 ata-
 ma,
 nni-
 erri-
 loyo-
 hu-
 n so-
 do-
 c de-
 befa-
 stan-

*Esauitas
intueri o-
portet tã-
quam a-
gyrtas.*

ficas, quæ sauciis strenuam infe-
rant mortem, veneno illinunt,
vinum optimum terræ sangui-
nem, limpidissimosque fontes
cum maximo Christianismi,
honestatis & innocentiaë dispen-
dio vipereo felle infamant. . .
Istud vero an convenit sanctis &
in vera pietate versatissimis pa-
tribus (quos non aliter intueri
oportet, quam agyrtas Medi-
cos: quorum tituli remedia habent,
pyxides venena, ceu eleganter
monet LANS: dict. loc.) quod
vel Ethnici nefas atque piaculũ
duxerunt? De *Fabritio R. Pyr-
rhus* ipse hostis hoc gloriose di-
cebat. Ille est Fabritius, qui ab
*honestate difficilius, quam sol à suo
cursu amoveri potest*, VAL. MAX.
lib. 7. cap. 4. De *loyoliticis & par-
ricida-*

ricidalibus Porcis; si Augustanus
dicat, prius sol à cursu suo defici-
et, & cancer rectè ingrediatur
quam *Esavita* ab æqui vocatio-
nibus, turbidis contra pacem
consiliis, technis, fraudibus &
infidiis defstet, næ mihi ille ora-
cula loqui visus.

(e) Ordine n. qui est *parium* *Ordo pri-*
dispariumq; rerum suo cuiq; loco *mus na-*
tribuens dispositio, tanquam pri- *tura effe-*
mo naturæ effectum omnia *ctus.*
constant; ita ut duntaxat illud
pulchrum sit, quod ordinatum,
hoc pacificum, quod suo loco
concinnè digestum. Quocirca
Augustinus venustè definit pacem,
corporis ordinatam tempera-
turam partivum : pacem
animæ irrationalis, ordi-
natam requiei appetitionem :
pacem animæ rationalis, ordi-
natam

infe-
nunt,
ngui-
fontes
ismi,
ispen-
ant,
ctis &
is pa-
ntueri
Medi-
abent,
nter,
quod
iaculū
& Pyr-
osè di-
qui ab
l à suo
MAX.
& par-
ricida-

natam cognitionis actionisque
 consensionem: pacem corporis
 & animæ, ordinatam vitam &
 salutem animantis: pacem do-
 mus, ordinatam imperandi o-
 bediendiq; cōcordiam cohabi-
 tantium: *pacem civitatis ordina-
 tam imperandi obediendiq; concor-
 diam civium*, lib. 19. de civit. Dei
 cap. 13. quemadmodum è con-
 trario res omnes confusione,
 perturbatione, dissensione &
 conflictu sive bello corrüere &
 labi cernimus. Demirandum
 ergò summoperè homines, quo-
 rum animis, omnis boni ordi-
 nis auctor Deus ad Rom. 13. hanc
 vim & inclinationem in sevit,
 ut harmoniam consociationis
 civilis, suo quasi concentu & at-
 temperatione juvare possint &
 per-

*Homo ad
 societatem
 colendam
 conditus.*

perfic
 rare, t
 ne pr
 dissid
 ac vi
 pacis
 pern
 rean
 trinf
 ant, f
 tante
 Lud
 (f
 ces h
 catio
 grap
 sed a
 litan
 near
 giss
 terr

perficere debeant; adeò degene-
rare, tamq; à sui ortus rectitudi-
ne primævi procul recedere, ut
dissidia, bellū, pugnas, non sec9,
ac vitā & animas suas diligant,
pacis nomen ceu maxumum &
perniciosissimū malum exhor-
reant: digni profectò qui in-
trinsecus, & extrinsecus habe-
ant, sentiant, perpetiantur, quod
tantoperè expetunt bellum.
LUDOV. VIVES ad d. c. 13. August.

(f) Hæc dictio tam multipli-
ces habet in jure nostro signifi-
cationes, ut Interp. & Lexico-
graphi eas omnes nō recensere;
sed ad verba adjuncta & rei qua-
litatem respiciendum esse mo-
neant. Ego hoc loco *pro lon-
gissimè continuato & non in-
terrupto temporis spatio*
accidit.

*Pax debet
esse per-
petua.*

*Differt ab
induciis.*

accipio Perpetua enim nisi fue-
rit non desinet bellum, sed ces-
sabit saltem: atq; adeò ab indu-
cijs, quæ sunt desinente Jcto
PAULO in l. postliminium 19. §.
I.D. de capt. & postl. revers. *cum
in breve & presens tempus conve-
nit, ne invicem hostes se lacecant.*
Vnde VARRO illas in lib. rer. hu-
manar festivè belli ferias (quam
definitionē *κτμσταφοργίν* factã
notat ALICIAT. l. 9. *πεπεργ*. cap.
21.) vocat, parum aut nihil dista-
bit; cum tamen temporis potis-
simum ratione differant, uti in-
digitat gl. ad l. conventionum
5. D. de pact. & *Iason* in l. cum
proponas 16. C. eod. Siquidem
in induciis dilata magis prælia,
quam datam pacem intelligi-
mus, & pacis nomine involu-
tum

tum
dam
omn
rum
que
pist.
posit
& se
qua
sequ
hæc
II. A
Bi
Pe
E
nec
funt
in t
bus,
nos

tum bellum subinde reformi-
damus. In pace autem omnem
omninò armorum & infidia-
rum metù abijcimus, *Pax* nam-
que est, ut CICERO lib. 10. fam e-
pist. 6. obumbrat, *non in armis
positis; sed & in abjecto armorum
& servitutis metu.* Et quan-

quam à VIRGILIO induciæ pax *Induciæ
pax seque-
tra.*
sequestra nuncupantur, cum in
hæc verba scriptum reliquit lib.
II. Æneid.

*Bis senos pepigere dies, & pace
sequestra.*

*Per sylvas Teucris, mixtiq; impune
Latini.*

Erravere jugis ferro.

nec non quæ in longum tempus
sunt, pacis naturam imitantur,
in tantum ut *Veientibus, Cariti-
bus, Hetruscis* in 100. 40. 30. an-
nos datis inducis pax domi esse
dicatur

dicatur Liv. lib. 1. 2. 4 9. 10. nunquam tamen pax verè sunt, cum non interrumpant bellū ipsum sive hostilitatem, sed actus tantum hostiles: *novum*, verò non est, quod est renovatum sive vetus repetitum, sicut non omissum quod intermissum ANGEL. in l. si unus 27. D. de pact. ut idem Livius de *Hetruscis*, pacem foedusque petierunt, inducias in 30. annos impetrarunt; & rursus de iisdem, pax negata induciæ biennij datae, mentionem faciens alibi accuratius distinguit.

Quietis
vox an-
ceps.

(g) Hæc vox securitatem aliàs ICTIS denotat, uti patet ex l. 1. §. 3. D. de off. Præf. verb. ego pro *laxamento* sive *otio* hic usurpo: imitatus FLORUM qui lib. 1. cap. 4. de bello Punic. ait, *post primum bellum vix quadrien-*
nij

nij requies, ecce alterum bellum, &
 CURTIUM qui de Tyro ab Alex-
 andro expugnata refert, *Ergò*
multis casibus defuncta, & post ex-
cidium renata nunc tamen longâ,
pace cuncta refovente sub tutela
Romanae magnitudinis adquiescit
 lib. 4. pag. 71. quando quidem
 reverâ pax aliud nihil est, quam
 laxamentum quoddam & suave
 otium à curis & laboribus belli-
 cis, velut CICERO, ut circumspi-
 ciamus omnia quæ populo gra-
 ta sunt, atq; jucunda, *nihil tam*
populare, quam pacem, quam con-
cordiam, quam otium reperiemus
 pro l. Agrar. contra Rull. & A-
 RISTOPHANES.

ὡπὸς ἐρελῶν ῥόνων, καὶ πό-
νων παυσόμεθα.
 item Apuleius attestantur: *tu sevis*
ex antlatis casibus pacem pausamq;
 tri-

*Pausi pa-
eis Dij.*

*Per bel-
lum pax
adquiri-
tur.*

*tribue. lib. II. Hinc Pausi dij, pa-
cis moderatores ac praesides;
quod ex Arnob. discimus lib. I.
advers. gent. Et illi cati, sapi-
entes, prudentissimi vobis viden-
tur: qui Faunos, qui Fatuas, civi-
tatumq; Genios, qui Pausos vene-
rantur atq; Bellonas. Cum ete-
nim pace semper frui non lice-
at, sed bellum propter pacem,
ad quam nisi per sanguinem &
bellorum injurias venire vix
conceditur, quandoque geren-
dum sit, ut censent ORATOR RO-
manus si bellum omitemus, pace
nunquam fruemur Pilip. 3. & HI-
STORICUS, Sapienter, inquiens,
pacis causâ bellum gerunt, labo-
rem spe otij sustentant, de Repub.
ordin. & ille denuò, fortissimus
quisq;*

*quisq;
dos p
otio
ad q
uti i
tulè
oliv
con
æde
nihi
lo d
rabi
Bata
TAC
mæ
dulc
da
quâ
sens
agri*

quisq; maximos labores suscipien-
 dos putat, ut aliquando possit in
 otio esse contra Rull. 2. Quid ni
 ad quietem illos rediisse, quib;,
 uti in Martio isthoc pulvere diu-
 tulè desudarunt, sub felici Pacis
 oliva longius quiescendi otium
 conceditur, censebimus? Fessis
 ædepol post labores diuturnos
 nihil acceptius quiete: ita bel-
 lo defatigatis tum nihil deside-
 rabilibus otij cupidine, velut
 Batavi serio, profitebantur apud
 TACIT. hist. lib. 4. tum nihil a-
 mænius pace, cujus & nomen
 dulce est, res verò ipsa & jucun-
 da & salutaris Cic. Philipp. 13.
*quâ non modò ij quibus natura
 sensum dedit, sed etiam recta atq;
 agri letari videntur, Idem de leg.*
 Agrari

*Pacis ju-
 cunditas
 & utilitas.*

Agrar: tum nihil ad humanita-
tem excolendam utilius. Nam
si nunquam post funestas acies
armata manus ad pacis foedera
porrigatur, esset id hominum
vitam instar barbarorum, quos
procul omnis humani juris so-
cietate proxima belluis natura
efferavit, in bestiarum commu-
tare, uti *Roman.* legati. *Persa-
rum* Regi dicunt. PRO COP.
2. Pers. & praeterea omnem vi-
vendi conditionem in commu-
ni hac omnium civitate impe-
dire, quod apud SENECAM tra-
goedum *Lycus* concinniori ora-
tionis filio contexit, aet. 2.

*Si aeterna semper odia morta-
les gerant,*

Nec

Nec

Sed

Nibi

Squa

Altu

Vnd

quo

git.

Pacc

ni

o

o

o

o

*Nec coeptus cedat unquam ex ani-
mo furor,*

*Sed arma felix teneat, infelix
paret;*

*Nihil relinquent bella: tum vastis
ager.*

*Squallebit arvis, subdita tectis
face*

*Altus sepultas obruet gentes ci-
nis &c.*

Vnde velut ex tripode dictum,
quod ipse ille ibidem subjun-
git.

*Pacem reduci velle, victori expe-
dit*

Victo necesse est: --- ---

SECTIO

Nec

SECTIO III.

QUOTUPLEX PAX.

Definitioni proxima est divisio, ut quæ ex alternis præceptionibus naturâ notior. Notantur autem aliæ à Theologis (a) aliæ à Politicis pacis species. Pro instituti præsentis modulometior pacem, ut vel publica (b) sit, vel privata (c) illa rursus aut religiosa (d) aut profana (e).

*Pax alia
externa
sive terre-
stris.*

(a) Hi enim constituunt speciem pacis unam *externæ* sive *terrestris*; quam nos mutuò inter, dum terrea hæc colimus hospitia, homines fovemus. Cujus tantum esse bonum dicit AUGUST. *ut in rebus terrenis atq; mortis*

mortalibus nihil soleat gratius
audiri, nihil desiderabilius concu-
pisci, nihil postremo melius inve-
niri lib. 19. de civit. Dei cap. 11. a-

liam interne seu spiritualis, quam
Adam primus homo perdidit; *Christus*
verò tanquam pacis

*Alia in-
terna live
spiritua-
lis.*

Princeps ESAI. 9. vers. 6. adven-
tu suo in carnem restituit, omne
bellum tumultuosum finiendo,
vestimenta sanguine madentia
comburendo, ignemque amo-
ris mutui in piorum cordibus
per Spiritum S. accendendo,
qui omne prælium præliantis
cum hostilibus armis, odiis,
contentionibus & cæteris Sa-
thanæ incendiis devorat. ESAI.
2. v. 4. Hinc ait ipse, pacem re-
linquo vobis, pacem illam me-
am do vobis: non sicut mundus

C

dat,

AX.

est di-

nis præ-

or. No-

eologis

species.

modu-

el pub-

(c) illa

(d) aut

ant spe-

ne five

tuò in-

nus ho-

s. Cu-

dicit

enis atq;

morta

dat, ego do vobis; ne turbetur
 cor vestrum, neque reformidet.
 Joh. 14. vers. 28. Quemadmo-
 dum autem impii, qui cum vi-
 tiis concordiam gerunt, & cum
 bonis moribus litigant, Chri-
 stumq; mundi salvatorem re-
 spuunt, non habent pacem Esai.
 57. vers. 21. *Super se* cum Deo,
intra se cum conscientia, *infra*
se cum diabolo & inferno: ita
 è diverso pax Dei, quæ superat
 omnem intellectum, corda pio-
 rum in Christo Jesu custodit.
 PAUL. ad Philip. 4. vers. 7. in-
 tantum, ut nec legis fulmen nos
 terrere, nec conscientia mor-
 sus inquietare, nec Sathanæ ra-
 bies impugnare, nec mundi ma-
 lignitas exagitare possit, quia
 Christi

Chri
 Eph
 glor
 ego z
 quò
 ad R
 fide
 per
 Chri
 stan
 tyr
 14. a
 enir
 tam
 rum
 dari
 frat
 ma
 ru
 tem

¶.

Christus nostra pax est ad
Eph. 2. vers. 14. *confidite* inquit,
gloriosissimus triumphator,
ego vici mundum JOH. 16. vers. 33.
quò respexit D. PAULUS in epist.
ad Rom. 5. vers. 1. justificati ex
fide pacem habem⁹ erga Deum
per Dominum nostrum Jesum
Christum. Quà pace nil præ-
stantius esse S. IGNATIUS Mar-
tyr Episcop. Antioch. in epist.
14. ad Ephes. scribit; frangit
enim aboletque omne bellum
tàm aereorum, quàm terreno-
rum Spirituum: nil gloriosius
dari ait AUGUST. serm. 2. ad
frat. in Erem. Nam fluctus
maliarum cogitationum e-
ructat, mentem fluctuan-
tem illasam reservat:

*Pace in-
ternâ sive
spirituali
nil præ-
stantius.*

C 2

COR.

se.
conscientiam purgat. Atqui
hæc pax ipsa illa *ἁδυνία* est si-
ve animi tranquillitas, quam
Democritus extra cognitionem
veri Dei summam felicitatem,
cæteræq; Philosophorum natio-
nes vitam esse beatam censue-
runt, præ cæteris itaq; affectan-
da est. Nam *si pax humana tam
dulcis est pro temporali salute,
quanto dulcior est divina pro æ-
terna c. noli 3. 23. quæst. 1.*

(b) Publicum dicitur à popu-
lo quasi populicum. Denotat
enim omne id quod pertinet
ad populum. Et quamvis pro-
priè & *κατ' ἐξοχὴν* ea saltem
publica dicantur, quæ sunt po-
puli R. ut patet ex l. 15. D. de ver-
bor. signif. & publicum jus sit,
quod statum rei Rom. spectat
in

in l. 1.
simâ
blica
muni
ter ha
miscu
surpa
l. 17. E
modu
cense
vitatu
specta
depos
publi
fidero
muni
grina
nostr
fese, v
quis
tant, c

in l. i. §. i. D. de just. & jur. latis. *Vox Pub-*
 simâ tamen significatione pu- *licum latè*
 blica etiam sunt, quæ alias com- *Et strictè*
 munia dicimus; nihil enim in- *accipitur.*
 ter hæc discriminis esse, sed pro-
 miscuè alterum pro altero u-
 surpari annotat BRECHÆUS ad
 l. 17. D. de verb. signif. quemad-
 modum κατὰ χρηστικῶς publica
 censentur, quæ sunt propria ci-
 vitatum, & ad earundem fiscum
 spectant per l. bona fides 31. D.
 deposit. Quocirca pacem
 publicam itidem trifariam con- *Pax pub-*
 sidero. I. *Generaliter* pro com- *lica trifa-*
 muni illa pace, quam vel pere- *riam con-*
 grinæ gentes, quæ extra Imperij *sideratur.*
 nostri fines vivunt, mutuò inter *I. Genera-*
 sese, vel cū Imperatore aut reli- *liter.*
 quis imperii Dynastis susten-
 tant, quàm vulgò maternâ no-
 strâ,

*Hostile
bellum
quid.*

2. Specialiter.

strâ, den algemeinen Frieden in
vnd außserhalb Teutschlandt ap-
pellitamus: atque hoc modo
opponitur bello externo sive
hostili, sicuti nominatur à Cic.
in orat. pro Q. Ligar. quod ex-
tra Imperii fines adversus extra-
neos geritur, de quo bello sunt
textus in l. 24. D. de capt. &
postl. l. revers. & l. 118. D. de verb.
signif. II. *Specialiter* & pro-
priè pro illa pace quam in Im-
perio nostro vel Imperator cum
Imperii Principibus & reliquis
statibus, vel hi cum illo, aut de-
mum inter se invicem sanctè
colunt & servant, quam vernac-
ula nostra den gemeinen Landt-
frieden vocitat, & opponitur
bello civili, quod populus ei-
dem Imperio subjectus inter
se

e ge
vilibu
ius m
Quâ
Impe
cong
do m
Extr
reco
Ann
no.
154
dina
Ann
1559
II. A
sub
tern
enti
voti

e gerit *zl. vn̄ic. ibi*, ex bellis ci-
 vilibus, quæ in se populus Roma-
 nus movebat C. de cad. tollend.
 Quâ de, cum in tranquillitate
 Imperii Rom. totius orbis salus
 conquiescat text. in § 1. Quan-
 do in læs. Majest. crim. proc. in
 Extravag. Divi & felicissimæ
 recordationis, Impp. *Maximil. I.*
 Anno 1495. Wormatiæ An-
 no. 1522. Noribergæ, Anno,
 1548 & 1551. Augustæ . *Fer-*
dinand. Anno 1555. Augustæ,
 Anno, 1557. Ratisp. & Anno,
 1559. Augustæ, *Maximilianus*
 II. Anno, 1566. Augustæ &
 subsequentibus annis alibi pa-
 ternâ sollicitudine consenti-
 entibus statuum & ordinum
 votis saluberrimam plane

Bellum
civile
quid.

& bellicosissimis hisce temporibus maximè necessariam constitutionem promulgarunt, eam identidem in diversis Imperii conventibus & comitiis sub incudem revocantes, tractatam expresso à Nobilibus. GAIL de pace publ. lib. 2. cap. 1. n. 3. & alibi passim. III. denique *speci-
lissimè* pro cujusque provinciae sive civitatis pace, cui opponi potest seditio: quæ quamvis sit subitus & violentus motus multitudinis vel in magistratum suum, vel in semetipsam, dicta à secedendo vel seorsim eundo Cic. lib. 6. de Repub. cum scilicet plebe discordante itur ad manus, qualem describit VIRGIL. 1. Æneid.

Ac veluti magno in populo cum sæpe coorta est

Se-

3. *Speci-
lissimè.*

*Seditio
quid.*

Seditio

Jamq

Eam

turba

JCti

dit. l.

appel

mosis

(c

per

nem

la cri

ultrò

plis, v

decre

quan

gueri

parti

Pote

*Seditio, sevitq; animis ignobile
vulgus.*

*Jamq; faces & saxa volant, furor
arma ministrat.*

Eam tamen pacis publicæ per-
turbationem esse Imperatores &
Jcti statuunt in l. 1. & 2. C. de se-
dit. l. constitutiones 16. D. de
appell. Br. in l. capital. 28. §. fa-
mosis 15. D. de poenis.

(c) Quæ fit inter privatos
per amicabilem compositio-
nem de lite quavis mota, sive il-
la criminalis sit, sive civilis. Idq;
ultrò & spontè à litigantibus i-
psis, vel *suasu* interdum etiam
decreto & compulso Judicis
quando scil. inimiciæ sive
guerræ vigent in civitate inter
particulares Cives, & quibus
potest turbari Respub. atq; ad

*Pax pri-
vata quo-
modo con-
stituatur.*

C 5 arma

arma devenire. Nam tunc potest Iudex compellere partes ad pacem ex suo officio secundum BR. in l. congruit 13. D. de offic. Præsid. & BL. in l. cum adfirmet 8. C. de liber. caus. ne sit occasio majoris tumultus faciendi l. 176. D. de regul. jur. Quade pacis specie Interpretes & Dd. ad tit. D. & C. de pactis tanquam in ordinaria sede, & OCTAVIUS VULPELIUS in tract. de pace, induc. & promissionibus per varia *περβλήματα* copiosius agunt.

Religio à religando. (d) Seu potius religionis, quæ vox à *religando* nomen sortita, quod per eam Deus hominum mentes sibi religet ac devinciat Lactant. lib. 4. Instit. di-

vin-

vin.
tat.
men
lunt
mus
tem
nem
cult
deq
tur
25.
Col
ta D
per
cul
ami
D. J
ver
fan
hæc

vin. cap. 28. AUGUST de civi-
 tat. Dei, lib. 10. cap. 1. Alii ta-
 men ab eligendo dictam ma-
 lunt, quia Deum quem diligi-
 mus, eligimus. Quidquid au-
 tem sit, patescit hinc religio-
 nem nihil aliud esse, quam Dei
 cultum: ceu hoc modo susque
 deque in codice sacro usurpa-
 tur, utpote Exod cap. 12. vers.
 25. & cap 20. vers. 5. in epist. ad
 Coloss. cap. 2. vers. 18. ubi i-
 ta D. PAULUS, & nequis velit
 per dimissionem mentis vos
 culpabiles reddere, ut subijci-
 amini religioni angelorum: &
 D. JACOB. in epist. sua cap. 1.
 vers. 27. Religio quæ pura &
 sancta coram Deo & patre,
 hæc est visitare pupillos.

*Vel eli-
gendo.*

*Est Dei
cultus.*

C 6

Quibus

po-
 sad
 lum
 ffic.
 dfir-
 e fit
 faci-
 Qua
 es &
 tan-
 O-
 in
 mis-
 ma-
 nis,
 for-
 omi-
 e de-
 t. di-
 vin-

Quibus scripturæ documentis
 accedit istud POMPONII Cti reli-
 gionem esse erga Deum dicen-
 tis in l. 1. D. de jurei: quia ad De-
 um pertinet juramentum & per-
 jurijultor dicitur, sive ut A-
 LEXAND. Imp. verissimè rescrip-
 sit contempta religio satis ulto-
 rem Deum habet in l. 2. C. de
 reb. credit. Et quamvis vnica
 duntaxat sit religio in sacris pa-
 tefacta literis, cujus prævarica-
 tio cum summo à facie Dei con-
 juncta est periculo: latere ta-
 men vix quempiam potest, à
 primis statim mundi natalibus
 innumeras de vero veri Dei cul-
 tum in ipsa Ecclesia existisse
 dissensiones, easq; funestissimas
 sæpiusculè clades fuisse subse-
 quas, SPRING. de pac. relig.
 cap.

*Dissensio-
 nes de Dei
 cultu cum
 ipso penè
 mundo
 nata.*

cap.
 Chr
 daci
 nec
 hi q
 rati
 resp
 fin.
 plu
 der
 nos
 Mo
 an
 var
 eti
 LE
 in
 tu
 sci
 D
 qu

cap. 2. tum verò in primis inter
 Christianos & Ethnicos, qui au-
 dacissimâ alacritate ad inter-
 necionem mutuò dimicarunt, *Cause cur*
 hi quidem, quod *summam esse* *Christiani*
rationem, quæ pro religione facit, *& Ethnici*
 respondente *Papiniano* in l. 43. in *pro religi-*
 fin. D. de religios. quòd q; tanto *one dimi-*
 plus honoris putarint suis acce- *carint.*
 dere rimibus, quanto magis alie-
 nos proculcarint. *PHIL. de vit.*
 Moys. lib. 2. usq; adeò maximum
 antiquis studium non conser-
 vandæ solum, sed amplificandæ
 etiam religionis fuit teste *VAL-*
LER. lib. 1. cap. 1. illi, *quod quæ in*
in religionem divinam commit-
tuntur in omnium fieri injuriam
 sciverint, rescribente *THEO-*
DOSIO in l. 4. C. de hæretic.
 quòd q; certissimam habuerint
 spem

spem vitæ melioris & præmiij
 coelestis, quod salvator huma-
 ni generis prolixè promisit iis,
 qui reliquerint domos, aut fra-
 tres aut sorores, aut patrem
 aut matrem, aut liberos aut a-
 gros propter nomen ejus. *Mat.*
19. vers. 29. Lucæ 14. vers. 26.
 & denique edocti fuerint, non
 esse timendos eos, qui occidere
 corpus saltem possunt, & am-
 plius non habent, quod faciant,
 sed esse, qui postquam corpus
 occidit, habeat potestatem mit-
 tendi animam in gehennam
Matth. cap. 18. vers. 18. Luc. 12.
vers. 5. Hæ faces, cum superiori
 quoq: seculo damnosissima bel-
 li & turbarum incendia inter
 Augustanæ sive *Lutheranæ con-*
fessionis Professores, & pontifi-
 ciae

ciae su
 citas
 augu
 turo
 liop
 di st
 Vinc
 1535
 mul
 qua
 ren
 rent
 pac
 nus
 quib
 imo
 dic
 per
 nis
 jest

eia superstitiones sectatores ex-
 citasent, pessum penitō datura
 augustissimū imperij decō, ma-
 turo & felici admodum confi-
 lio per pacem Religionis cōcor-
 di statuum suffragio Augustæ
 Vindelicorum Anno Christi
 1535. sub gravissima pœna pro-
 mulgatam flammæ istæ, ante-
 quam in ignes latius se sparge-
 rent totumq; corpus advre-
 rent, extinctæ fuerunt. Quæ
 pacificatio non inscitè hacte-
 nus fulcrum & firmissimum tran-
 quillitatis publicæ munimentum,
 imò Germaniæ Palladium
 dici meruit, quandoquidem
 per eam 80. propemodum an-
 nis Sacro Sancta Imperii Ma-
 jestas venustissimè floruit.
 Quam-

*Pax reli-
 gionis cur
 promul-
 gata.*

*Fuit ful-
 crum pub-
 licæ tran-
 quillitatis.*

mij
 na-
 iis,
 ra-
 em
 t a-
 tar.
 26.
 on
 ere
 m-
 ant,
 pus
 nit-
 am
 12.
 ori
 bel-
 nter
 on-
 tifi-
 cia

*Religio
belli causa,
rebellio
prætextus.*

Quanquam nemo hodie tam
 admantinum & è filice cor con-
 cretum habeat, qui non patriæ
 amore commotus deformem
 & dilaceratam miserrimè ejus
 faciem lacrumis largissimis de-
 ploret. Vnde autem illa defor-
 mitas an à rebellione, an potius
 religione pleriq; nostrum in tam
 aperta luce instar nycticora-
 cum ad meridianos soles cœ-
 cutientium hætenus non con-
 spexerunt, nec dum quidem
 conspexissent, nisi Parasiti Ro-
 manenses, qui omnimodis san-
 ctionem hanc saluberrimam
 confodere, nec non Augustanæ
 confessionis suppressione, ve-
 ritatis Evangelicæ extermina-
 tione, ordinum omnium tri-
 stissimâ convulsione è Repub.
 Romana

Rom
 cont
 culis
 quor
 pupil
 cum
 orth
 pelle
 rum
 rum
 vnd
 Pro
 & a
 Pass
 sus
 tant
 pot
 occ
 ma
 AN
 bea

Romana radicitus extirpare *Papicola*
 contendunt, *vitreis* suis *admini-* *vitreis*
culis mit ihren Brillen visum *adminicu-*
 quorundam, & ipsam Imperii *lis pupillā*
pupillam excitassent. At verò *Imperij*
 cum idololatriam in Ecclesiam *excita-*
 orthodoxam reducturi sub hac *runt.*
 pelle ovilla, quasi præfectura-
 rum, collegiorum & cœnobio-
 rum bona Die Kirchen / Klöster
 und ander Geistliche Güter in
 Protestantium territoriis sita
 & ab ijs post pacificationem
Passaviensem occupata inque u-
 sus alios translata recuperare
 tantum fatagant, vulpinam seu
 potius lupinam quam callidè
 occultent: idcirco *istud* nunc
 maximè disquirendum videtur, *An bona*
AN JURIS necessitate restitui de- Ecclesi-
beant? Et quamvis illi non ar- *astica re-*
 gumea- *stituenta?*

*Versutia
Jesuitica.*

gumentis, sed armis, non char-
tis, sed lacertis disceptent (sunt
enim hæ artes Jesuiticæ, ut *quo-
ties versutis & illecebris nil valët,
rem armis experiantur*, haut re-
putantes, quod per vim effici
nec debet, nec potest, id per
vim aggredi furiosum esse,
certum tamen est, quod à recto
veritatis, quæ quidem premi-
tur, sed non opprimitur, itinere
superstitionis caligine inebriati
in controversiæ hujus decisione
longissimè aberrant. Istud e-
nim vel de jure Canonum ex-
peditum, adeò ut nec ipsi *Dil-
lingenses*, licet hoc loco omnem
eruditionis penum excutiant,
admodum ire inficias istud pos-
sint in pauperrimo *de compositio-
ne pacis tractatu*, si mendacia &
falsas

falsa
nota
& 43
part
plio
fin.
defi
Do
de f
nes
rati
bus
var
ubi
net
rer
qu
de
tar
qu
niã
sta

falsissima præsupposita obelo
 notaveris cap. 8. quæst. 55. n. 38.
 & 43. loca sacra & cœnobia
 partem feudorum regaliū am-
 pliorum ubi sita, æstimari cap.
 fin. X. de offic. Archid. Si igitur
 deficiente vasalli generatione
 Domino feudum aperitur § fin.
 de feud. March. cap. vn. de be-
 nef. frat. cur non eadem
 ratione monasteria deficienti-
 bus Monachis ad eum devol-
 vantur ? si fundus inundatus,
 ubi aqua recesserit, ejus ma-
 net, cujus fuit § 12. instit. de adq.
 rer. domin. Quidni post-
 quam illa inutilia terræ pon-
 dera, illi obesi ventres, recep-
 tandis tantum cibis habiles, qui-
 què spurte suâ universâ germa-
 niâ inundarant è, Principū &
 statuum Protestantium territoriis
 vel

*Loca SA-
 cra & cœ-
 nobia sunt
 pars feu-
 dorum
 Regali-
 um.*

char-
 sunt
 quo-
 valēt,
 it re-
 effici
 per
 esse,
 recto
 remi-
 inere
 oriat
 sione
 id e-
 ex-
 Dil-
 nem
 iant,
 pos-
 sitio-
 ia &
 falsas

*Principes
de vacan-
tibus cæ-
nobiorum
bonis de-
cernere
potuerūt.*

vel fati necessitate vel sponta-
neo motu, ubi se suasq; ineptias
passim ab omnibus subsannari
viderunt, tandem recessere, de
vacantibus cœnobiorum &
collegiorum bonis tanquam Ju-
risdictioni suæ subjectis, secun-
dam id, quod pium, æquum &
Reipub. utile visum fuerat, de-
cernere potuerunt? Quod fa-
ctum non vetusta duntaxat
constitutio *Honorij & Theodosij*
Cæsarum, qui in l. 5. C. de pagan
& sacrif. rescribunt, omnia
loca quæ sacris veterum error
deputavit rei nostræ sociari ju-
bemus: & exemplum *DARII*,
qui Baalitis, cum eorum ani-
madverteret abusum & dolū, &
cibum abstulit ac delubra de-
struxit, *DANIEL. cap. 14. excu-*
sant.

sant.
rece
in ej
mus
neut
cum
sup
à qu
run
con
inte
ver
tori
GE
ver
obv
pr.
on
cas
rec
FR

fant. sed & ipse pacificationis
 recessus, de anno 1555. si oculos
 in ejus medullas penitus infigi-
 mus in § diereil aber eglliche
 neutiquam inculsat. Præsertim
 cum hic non illegitima fiat oc-
 cupatio jurium Ecclesiæ ab iis,
 à quorum fundatione processerunt,
 nec ad malam partem, aut
 contra primorum fundatorum
 intentionem & instituta, quæ in-
 versa & penitus deleta à nova-
 toribus calumniantur DILLI-
 GENS. d. loc. Sed ut Evangelii
 veritas propagetur & scandalis
 obvictur arg. l. æquissimum, in
 pr. D. de usufr. Ceu ex pari rati-
 one res & dignitates Ecclesiasti-
 cas ad Regis Delphini manus
 reduci potuisse, concludit.
 FRANCISC. MARC. Parlam: Del-
 phin.

*Occupatio
 jurium
 Ecclesiæ
 non fuit
 illegitima.*

*Bona Ec-
clesiastica
ad melio-
res trans-
lata usus.*

phin. quæst. 90. quia de facile
res revertitur ad naturam suam
l. 27. §. 2. in fin. D. de pact. AL-
CIAT. lib. 7. respons. 1. n. 16. neq;
bona illa omnimodò ad pro-
phanos, ut dolosè mentiuntur,
sed pleraq; superstitione expiatâ
ad pristinos vel meliores trans-
lata conspiciantur: ita ut ex cœ-
nobiis, quæ quondam erant ne-
quitix stabula, libidinis clau-
stra, *templa, Academias*, artium-
que bonarum & literarum gym-
nasia, ex quibus tanquam equo
Trojano variis scientiarum do-
tibus aucti Ecclesix & Reipub.
utiles viri in universum terrarû
orbem prodeunt, *ptochotrophia,*
orphanotrophia, nosocomia, Xeno-
dochia, gerontocomia, in quibus
cum pauperrimæ conditionis,

tum

tum minoris ætatis parentibus
 & substantiis destitutæ, tum ad-
 flictæ valetudinis, tum denique
 decrepitæ ætatis utriusque,
 sexus homines liberaliter su-
 stentantur, exstructa & fun-
 data esse nemo nisi in patria,
 sua hospes & extremæ impu-
 dentia negare audet. Et me-
 ritò quidem, cum ad pauperes
 directò hæc bona pertineant.
Rerum enim Ecclesiasticarum do-
minium ex sententia D. HIERO-
 NYMI *apud pauperes* esse liquido
 patet ex c. quidquid, 16. quæst.
 1. ubi ait, *quidquid Clerici ha-*
bent pauperum est, & paulò post
 ibidem.

Qui bonis parentum & o-
 pibus sustentari possunt, si quod
 pauperum est accipiunt, sacri-
 legium cõmittunt, quò cū con-
 sentiunt

*Pertinent
 directò ad
 pauperes.*

facile
 suam
 AL-
 neq;
 pro-
 ntur,
 piatâ
 ans-
 cœ-
 t ne-
 clau-
 um-
 gym-
 equo
 n do-
 ipub.
 rrarû
 pbia,
 Xeno-
 uibus
 onis,
 tum

sentiunt B. AUGUSTIN. in c. de
 cimæ, alleg. quæst. *Decimæ tri-*
buta sunt egentium animarum,
 & ibidem inferius, Decimæ ex
 debito requiruntur, & qui dare
 eas noluerit res alienas invadit:
 & quanti pauperes in locis, ubi
 ipse habet, illo decimas non
 dante mortui fuerint, tantorum
 homicidiorum reus ante tribu-
 nal æterni iudicis apparebit,
 quia rem à Deo pauperibus de-
 legatam suis usibus reservavit
 & D. AMEROS. in c. 70. 12. quæst.
 2. *Aurum Ecclesia habet, non ut*
servet, sed ut erogat, & subveniat
in necessitatibus accedit his de-
mum vel potius præcedit.
 MELCHIADES in c. futu-
 rum 12. quæst. 1. ubi dicit *Aposto-*
los prædiorum pretia accepisse ad-
fovendos egentes. Nec officit
 quid-

quid
 ijs, à
 gition
 peru
 Non
 tur, f
 plati
 ita o
 siti,
 spor
 adl.
 int.
 per
 cui
 69
 JCo
 mi
 dar
 run
 ber
 int

quidquam, quod illa bona ab
 ijs, à quorum processerunt lar-
 gitione in Ecclesia, non in pau-
 perum potestate, posita fuerint.
 Non etenim inspiciamus, cui da-
 tur, sed cuius causâ & contem-
 platione: quippè cum in plerisq;
 ita observetur, ut *omissâ interpo-*
siti, capientis persona spectetur re-
 spondente MARCELL. in l. 57. D.
 adl. Falcid. & l. 49. D. de donat.
 int. vir. & ux ubi regulam hanc
 per casum elegantem declarat,
 cui non dissimilis est casus in l.
 69 § 3, D. de legat 3, ubi GAIUS
 Ictus commentatur, si filix no-
 mine genero aut sponso dotem
 dare quis promiserit, non gene-
 rum aut sponsum, sed filiam ha-
 bere actionem, cuius maximè
 interest indotatam non esse.

D

Sed

Obiectio-
nis refuta-
tio.

de
 tri-
 m
 ex
 dare
 adit:
 s, ubi
 non
 orum
 tribu-
 ebit,
 s de-
 vavit
 quæst.
 non ut
 veniat
 s de-
 edit
 futu-
 posto-
 se ad-
 officit
 quid-

Sed quid opus peregrinis quodammodo immorari exemplis, quorum plura ex paralelis juris textibus afferri possent, cum clarissimum hujusrei habeamus exemplum in l. fin. C. de sacros. Eccles. ubi *Justinianus* disertè ait, legata relicta sanctissimis Ecclesiis competere ad hoc, ut ad Pauperum alimoniam conferantur. Quà ratione igitur Pontifex hæc bona Ecclesiæ erepta conqueri, & quo jure illorum urgere restitutionem potest, cum Pauperes in Protestantium territoriis manserint, ibi etiam num sint, juxta illud Christi, Pauperes semper vobiscum habetis, & benignè alantur.

Quinimò concessio citra
tamen

tamen veritatis præjudicium
 redditus Ecclesiasticos usu sic exi-
 gente, converti quandoque
 in usus planè profanos, ecquid
 ideò Protestantes diris devo-
 vendi, edictorum fulminibus
 terrendi & ad restitutionem vi
 armatâ compellendi? Minimè,
 nisi & Pontificii ipsi hoc nomi-
 ne reprehendi, & in se eadem
 retorqueri tela velint; quippè
 qui *collegia Ecclesiastica* abro-
 gant & monasteria ditissima
mensæ Episcopali incorporant,
 de quorum fructibus seu re-
 ditibus deinceps citra peccati
 mortalis reatum, aut restitutio-
 nis obligationem, ceu de pa-
 trimonialibus liberè dispo-
 nere possunt, uti rejecta

D 2

Archi-

*Malè re-
 prehen-
 dunt Pa-
 piste, quod
 ipsi bene
 faciunt.*

s quo-
 mplis,
 s juris
 m cla-
 19 ex-
 Eccles
 legata
 his cõ-
 erum,
 Quâ
 ec bo-
 queri,
 re re-
 Pau-
 errito-
 num
 Paupe-
 abetis,
 citra
 tamen

Archidiaconi opinione Thomam defendendo fusivus edocet, Fr. SARMIENTUS J Ctus Hispanus in lib. de red. Eccl. part. 4. cap. 1. Frustra ergò ab alijs desiderant, in quo ipsi culpabiles deprehenduntur arg. l. pen. C. de solut. iniquum n. ut id exigas, quod præstare ipsus non possis Lactant. 6. 23. imò *improbum id in altero arguere, quod à te admissum meministi.* Symmach. 5. 82.

(e) Ad differentiam speciei oppositæ, vulgò *der Prophan Friede.*

SECTIO

CAU
ET

V

Caus

duplic

aliæ

na p

causa

tenti

tæ (c

(a)

minu

poter

qui r

mnib

Qui

SECTIO IV.

CAUSA PACIS DEUS
ET POENITENTIA.

Vlſis pacis ſpeciebus re-
ſtâ devenitur ad cauſas.

Cauſæ verò pacis faciundæ
duplices ſunt, aliæ divinæ;
aliæ humanæ. Cauſa divi-
na principalis eſt Deus (a)
cauſa impulſiva vera pœni-
tentia (b) morumque & vi-
tæ (c) emendatio.

(a) Deus ille deorum & Do-
minus Dominorum magnus,
pôtens & terribilis, Deut. 10. v. 7.
qui magnus eſt Jehova præ o-
mnibus Dijs Exod. 18.

*Qui ſine principio principium, ſine
ſine finis,*

D 3

Cui

Cui praeiteritum non abit, hanc sub-
bit futurum,

Ante omnia, post omnia, totus, un-
nus ipse.

Qui solus mirabilia magna fa-
cit. Psal. 136. v. 4. & seqq.

Qui terram inertem, qui mare
temperat,

Ventosum, & urbes, regnaque
tristia.

Divosq; mortalesq; turbas

Imperio regit unus a quo

Horat. od. 4. lib. 3.

Qui populos urbesq; regit pa-
cemq; togatam

Tit. Calph. Ecl. 4.

Qui solio regali imponit reges,
eisdemvè inde deturbat Psal.

44. v. 3. qui corruptos homi-
num mores bellis emendare &

conterere solet, August. de ci-
vitate Dei lib. 1. cap. 1. ille solus eti-

am

am b
& ca
nū ex
mod
lib. 7.
celeb
veran
non f
26. v.
popu
bitac
cis a
Esa. c
pus f
terra
dius
20. S
to be
liqui
conf
fed
absq

am bellorū, cum sic emendandū
 & castigandum est genus homi-
 nū exordiis, progressib9, finib9q;
 moderatur, idem de civit. Dei
 lib. 7. cap. 29. Ita namq; passim
 celebratur, quod ille solus det
 veram pacem ut dormiamus, &
 non sit qui exterreat LEVIT. cap.
 26. v. 6. ille unus faciat refidere
 populos in caula pacis, & in ha-
 bitaculis securissimis atq; in lo-
 cis ad quietē tranquillissimis
Esa. cap. 32. v. 18. illius tantum o-
 pus sit, ut audientes ipsum bona
 terræ comedant, & nolentes gla-
 dius devoret *Esa.* cap. 1. v. 19 &
 20. Sicut præterea istud ex incer-
 to bellorum eventu colligitur:
 siquidem arma pro arbitrato &
 consilio humano capi quidem:
 sed minimè deponi, neque
 absque magnis calamitatibus

*Deus solus
 dat ve-
 ram pa-
 cem.*

sustineri possunt, teste JOSEPHO
 lib. 2. bell. Judaic. cap. 16. Es
 gehet nicht nach Menschen ge-
 dancken aus / sive, ut THUCYD.
 olim dicebat; ὅκιστα ὁ πόλεμος
 ἔπι πῆταις προχωρεῖ, minimè
 bellum procedit juxta delibe-
 rata; cum Deus plerumquè eò
 finem dirigat, quò ipsi collibi-
 tum fuerit, adeò ut non secus,
 ac peritissimi Naucleri ad cla-
 vum sedentis artem & industri-
 am tempestatum vis sæpiuscu-
 lè vincit: ita quoque mortali-
 um consilia, conatus, pruden-
 tiam & providentiam solertissi-
 mam voluntas divina superet:
 velut pecunia nostro arbitrio
 aleæ exposita ilicò alieni fit ju-
 ris, incertum cui cessura sit, ita
 Princeps & ditio tota in sortem
 even-

*Bellum
 non pro-
 cedit jux-
 ta delibe-
 rata.*

even-
 ceu H
 elega
 co co
 bis de
 Vel d
 renti
 dus si
 ris po
 quam
 pist. 4
 Ut cu

Addu

Fertu

I
 camp
 præc
 non

evento bello moto conijciatur,
 ceu *Henricum VIII.* Angliæ R.
 elegantissimus L. VIVES à belli-
 co conamine quondã hisce ver-
 bis dehortari voluit tom. 2. oper.
 Vel deniq; ut per proclive cur-
 rentium, non ubi visum est gra-
 dus sistitur: sed incitato corpo-
 ris pondere se rapit, & longius
 quam voluit effertur. Sen. e-
 pist. 40. Sive

*Ut cum carceribus sese effudere
 quadrigæ:*

*Addunt se in spatia, & frustra reti-
 nacula tendens*

*Fertur equis auriga, neq; audit car-
 rus habenas.*

Ita qui in lubricum Martis
 campum longius evagantur,
 præcipites & instabiles gressus
 non ubi & quoties velint, fir-

D 5 mare

Docu-
mento est
Xerxes.

mare valeant. Velut potentis-
simorum Principum, bellicosis-
simorum populorum infaustæ
expeditiones luculenter osten-
dunt, quæ inter facile familiam
ducit *Xerxis* Persarum R. qui
Græciam tam numeroso exer-
citu, tamque stupendo conatu
invasit, ut ambulasse per mare,
& per terram navigasse dictus
sit: nam mari stigmata ac verbe-
ra ingessit & ad montem episto-
lam misit: *Atbo divine, cælum
tangens vertice, noli meis operibus
lapides facere magnos & intracta-
biles, alioqui te excisum, in mare
deturbabo.* PLUT. in dial. de coh-
ira. sed istæ ingentes, & formida-
biles copiarum quatuor præliis vi-
ctæ intra biennium è Græcia
summâ cum ignominia expulsæ
sunt, ipso *Xerxe* sine comitatu

aut

aut f
cym
stin. l
rarò
præd
Pelop
ctori
ti att
nitq
ferur
cap. 8
entifi
zi. pa
sed à
entib
Impe
Anno
aller
mâch
cui p
quã i

aut famulatio fugam per parvæ
 cymbæ subsidium arripiente *Ju-*
stin. lib. 2. Vnde *Thucydides*, per-
 rarò bellum eò evadere, quò
 prædicatur evasurū lib. 1. de bell.
 Pelopones. & P. DIACONUS vi-
 ctoriam nō hominum potesta-
 ti attribuendam; sed à cœlo pe-
 nito ministrari, rectissimè scrip-
 serunt *de gest. Longobard.* lib. 1.
 cap. 8. Quod idem adserit sapi-
 entissimus SALOMON proverb.
 21. *paratur ad pugnae diem equus,*
sed à Deo est victoria, consenti-
 entibus *Ferdinando* & reliquis
 Imperii ordinibus in .X.X. de
 Anno 1542/8 Und dieweil dann
 aller Sieg allein von dem All-
 mächtigen Gott verliehen wird/
 cui perinde facile est in paucis,
 quā in multis vincere 1. *Machab.* 3.
 Et

*Bona cau-
sa ple-
rumque
trium-
phat.*

Et quanquam successum ac pro-
speriores belli eventum, qui
velut æquus Judex vnde jus stat,
ei dare victoriam solet, *Amm.
Marcell.* lib. 2. de æquitate &
justa causa gloriantes sibi pol-
liceantur, contingit tamen ali-
quoties, *ut deteriores superent
eos, qui sunt in causa meliores,*
non lecus ac in civilibus, & tri-
bunalium disceptationibus suc-
cumbere sæpe partem inopiã
probationum, potentiã adver-
sariorũ, sordibus & imperitiã ju-
dicantis comperimus juxta l. 1.
D. de appellat & notata à Bl. ad
l. 25. D. de stat. homin. Christianos

*Ortho-
doxi supe-
rantur ab
Idolola-
tris.*

nos olim ab Ethnicis victos, &
vel hodie religionis Evangelicæ
defensores à Papicolis supera-
tos admiramur; sed frustra,
cum

cum
occa
Inte
mal
quib
adv
id u
relig
men
& p
astu
dan
defi
fust
pro
sui
lita
Et
tis
pe
rip
bi

cum bona religio, quæ quidem
 occasui subjacere nequit, Epist.
 Inter claras C. de summ. Trinit.
mala opera non justificet,
 quibus iræ divinæ vindictam,
 adversus se concitarunt. Ne
 id ulcus tangam, plerosque sub
 religionis propugnandæ vela-
 mento, ambitionem, avaritiam
 & plura habendi cupidinem,
 astutè occulere. Quemadmo-
 dum autem turpissimum alieni
 desiderio bellum non necessariū
 sustinere Dio l. 8. & criminofum
 propter prædam sive commodi
 sui causâ arma capessere c. mi-
 litare 5. c. 23. quæst. 1. ita profe-
 ctò eos, qui tam suæ, quam quie-
 tis alienæ immemores Martio
 pelago, vnde nisi cælica ope e-
 ripi nemo potest, fragilem am-
 bitionis ratem commiserunt,
 effie-

*Religionis
 velamento
 multivi-
 tia sua te-
 gunt.*

nes bellicæ cladis tempeſtates præ cæteris expertos fuiſſe, juniora illa, quæ in recentiſſima omnium hærent memoria, exempla affatim evincunt.

*Homo ſe
ipſum pœ-
nitendo
punit.*

(b) Sic dicta à puniendo quaſi punientia: eò quod homo in ſe pœnitendo punit & agnoſcit, quod malè admifit. Nam tunc verè demum agimus pœnitentiã, ut inquit AMBROS. in quodã ferm: quando amatum nobis ſapit in anima, quod dulce fuit in vita, & quod prius nos obletabat in corpore, id ipſum poſtea cruciet in corde. Quamobrem ut *primus felicitatis gradus eſt, non delinquere: ita ſecundus delicta agnoſcere & in ſe punire: illic currit innocentia integra & illibata, quæ fervet; hic ſuccedit medela, quæ ſanet.* Cypr. l. i. ep. 3.

Eſt

I
dónu
& ſec
κακία
nius
ferm.
tum
aufer
quet
Jeho
pent
ut ev
dam
vert
loqu
mal
ei ca
ſcri
mil
ra
pœ

Est quippè talis pœnitentia *Pœnitentia*
 δόκιμονία τῶν ἀμαρτωλῶν, *medelam*
 & secundum NAZIANZ. μέγας *peccati*
 κακίας φάρμακον, sive ut pla- *morbis.*
 nius exprimit CHRYSOSTOM. in *adfert.*
 ferm. de pœnitent. medicamen-
 tum exstinguens peccatum &
 auferens pœnam, ceu liquidò li-
 quet tum ex suavissimo ipsius
 Jehovæ elogio apud JEREM. Re-
 pentè loquar adversus regnum,
 ut evellam, confringam & per-
 dam: sin autem gens illa con-
 vertatur à malo contra quod
 loquutus sum, pœnitebit & me *Divinam*
 mali quod cogitaveram facere *iram toli-*
 ei cap. 18. v. 7. & 8. tum apertis *lit.*
 scripturæ testimoniis: quia hu-
 miliati sunt, aversa est ab eis i-
 ra Domini: nec deleti sunt.

pœnitus 2. PARAL. 12. v. 12.

Vidit

Vidit Deus opera eorum (Ninivitarum) quod conversi essent à viâ sua mala, & pœnituit ipsi mali, quod loquutus fuerat, se facturum illis, & non fecit JON. cap. 3. v. 10. Quod & suo rescripto sacratis. JUSTINIANUS confirmat, Dei benevolentiam & circa genus humanum nimiam clementiam summoperè collaudans, *qui cottidianis hominum peccatis semper ignoscere dignatur & pœnitentiam suscipere nostram, & ad meliorem eam statum deducere in l. 23. C. de nupt.* Piè itidem & bellè in hunc sensum D. AMBROS. monet: novit Deus mutare sententiam, quando tu delictum mutare noveris, & D. GREGORIUS succinctè & scitè inquit, de manu

manu
corrip
vel E
non f
lo O
bus c
Sape

Cum

(c)
quæ
per
hum
triti
mo
à m
e u
mn
que
fun

manu ferientis fugit, qui suam
 corrigit pravitatem. Quinimò
 vel Ethnicis incognitum hoc
 non fuisse, evidenter patet ex il-
 lo OVIDII, qui de suis numini-
 bus cantillat lib. I. de Pont.

*Sape levant penas ereptaq; lamina
 reddunt,*

*Cum bene peccati pœnituisse vi-
 dent.*

(c) Non enim sufficit de his,
 quæ facta sunt satisfacere Deo
 per pœnitentiæ dolorem, per
 humilitatis gemitum, per con-
 triti cordis sacrificium: sed &
 mores in melius commutandi,
 à malis factis recedendum Au-
 gust. lib. I. de pœnit. *Inanis o-
 mninò est pœnitentia, quam se-
 quens culpa coinquinat, nil pro-
 sunt lamenta, si replicantur pec-
 cata,*

*Pœniten-
 tiam se-
 quatur
 morum
 & vitæ
 emenda-
 tio.*

data, nil valet à malis veniam
poscere & mala de novo itera-
re. Idem *de soliloq.*

SECTIO V.

PACIS CAUSA IM-
*peratoris & alij mutuò bellagerentes,
sive victores sive victi.*

HUMANÆ pacis causæ vel
INTERNÆ sunt vel **EX-**
TERNÆ. Internæ depēdent
ab illis qui se armis invicem
(a) laceſſunt sive **SUMMUS**
(b) **PRINCEPS**, sive alius qui-
spiam sit **CUI BELLIGE-**
RENDI **JUS** (c) **COMPETIT**.
Et quidē vel ab alterutro,
hoc est, aut **VICTORE** (d)
AUT VICTO (e) **VEL AB V-**
TROQ; (f) simul.

(a) Natura etenim comparatū
ita

ita est
hærea
tando
mon a
tam
tur, l
mil. t
re, qu
in Ph
cern
pella
te c
quo
tota
disc
Vat
Ex
In l
Aer

ita est, ut contrariis cōtraria co- *Contrariis*
 hæreant. Hinc extrema gaudii *contraria*
 tandem luctus occupat, uti *Salom.*
mon ait Proverb. 14. v. 13. hinc vi-
 tam mors nullo interstitio sequi-
 tur, l. qui duos 18. D. de manu-
 mil. testam: hinc incipit calesce-
 re, quod frigescere desinit *Plat.*
 in Phœd. Sic quippe fieri omnia
 cernimus. ut contraria se mutuò
 pellant ex subjecto, & advenien-
 te contrariorum uno, alterum
 quod imbecillius est, recedat, ac
 tota hujus mundi concordia ex
 discordib9 constet, Quod latin9
 Vates nō inconcinnè exposuit.

-- -- *Tamen omnia fiunt*

*Ex ipsis & in ipsa cadūt, resolutaq;
 tell9*

*In liquidas rarefcit aquas, tenua-
 tur in auras*

*Aerag; humor habet, demto quoq;
 pondere rursus In*

ianam
 itera-

IM-
 entes,

e vel

Ex-

lent

cem

MUS

qui-

GE-

TIT;

RO,

(d)

B V-

ratū

ita

*In superos aer tenuissimus emicat
ignes,*

*Inde retro redeunt, idemq; retexi-
tur ordo &c.*

*Pacis re-
medio re
formatur,
quod cla-
de bellica
turbatio.*

Similiter pax & bellum mutuò se insequuntur, ut pacis remedio reformetur, quod clade bellicâ turbatum est text. in c. i. caus. 34. quæst. 1. & invicem se excipiunt, ac discernunt, non aliter, ac fortitudinis splendor rutilat, ubi ignaviæ torpor abscesserit, & prudentia noscitur, ubi imprudentiæ crimen innotuit. Quemadmodum igitur non alia debet esse populi bellantis aut Regis intentio, quam ut pacem consequatur c. noli. 3. 32. quæst. 1. ita in otio & pace viventis nulla alia cura, quam ut ingruentes bellorum procellas excutere queat.

Quan-

Qua
quie
non
velu
veri

44.
Saty
Nur

Lus

reg
sta
nis
illu
ne
in
ju
sc
lo

Quando quidem nulla diu Resp.
 quiescere potest, si foris hostem
 non habet, domi invenit,
 velut apud *Liv. Asdrubal Hædus*
 verilsimè edisserit lib. 30. dec.
 44. Quo etiam spectat istud
 Satyrici.

*Nunc patimur longæ pacis mala,
 sævior armis
 Luxuria incubit victumq; ulisci-
 tur orbem.*

(b) Cui principaliter & soli
regulariter vigore summæ pote-
 statis ac universalis jurisdic-
 tionis belli suscipiendi, & quod ad
 illud consequitur, pacis compo-
 nendæ, sive ut est in *Novell. 105.*
 in pr. bellandi & pacificandi
 jus certatim ab Auctoribus ad-
 scribitur, quos fermè omnes
 longo ordine recenset. D. *Ar-
 niseus*

*Impera-
 tori regu-
 lariter
 pacis san-
 cienda
 potestas
 competit.*

Quod ratio & utilitas publica suadent.

Ulpianus lib. 2. de jure Majest. cap. 5. n. 10. Quocirca tam arctè Majestati adhæret, ut ab ea divelli nullo modo possit c. jus militare 10. dist. 1. l. unica C. ut armorum usus. Quod summâ ratione ordo naturalis mortalium paci accommodatus etiam atq; etiam suadet c. quid culpatur 4. c. 23. quæst. 1. ne videl: auctoritas privatorum & promiscuè omnium hæc sit, ut cõcurre multitudinem & ad Martis judicium decurrere cuius permittatur c. 4. 23. quæst. 1. Cum quis id, quod sibi putat deberi per judicem possit reposcere respondente Callistrato in l. 13 D. Quod met. caus. atque ideò judiciorum vigor, jurisq; publici tutela sit in medio constituta, ne sibi quisquam ipsi permittere ultionem valeat rescribentibus

Honor

*Honor
Juda
con
ro,
tanc
ptat
adh
si pr
fic.
mè
ad
ced
juri
13. S
cui
qui
pre
off
qu
&
S
D.*

Honor. & Theod. in l. 14. C. de
 Judæis. Cum quibus ll. oraculis
 conspirat disertissimus CICE-
 RO, ut duo sunt, inquit, decer-
 tandi genera, unum per discus-
 ptationem, alterum per vim: ita
 ad hoc confugiendum non est,
 si priore uti licebit lib. 1. de of-
 fic. Quò pertinet quod gravissi-
 mè *Ulpianus* ait ex *Juliano*, cur
 ad arma & rixam patiatur pro-
 cedere Prætor, quos potest suâ
 jurisdictione compescere, in l.
 13. § æquissimum 4. D. de usufr?
 cui nimirum congruit curare, ut
 quieta pacataq; sit, quam regit
 provincia. Idem in l. 13. D. de
 off. Præsid: & nil aliud agere
 quam dirimere controversias,
 & pacem subjectis imperare l. 1.
 § 10. D. de nov. op. nunt. l. 21.
 D. de reb. cred. vel quod
 salvo

salvo pacis vinculo excludere
nequit, æquitate improbare, fir-
mitate supportare c. quisquis, §.
23. quæst. 4.

Quare non solum P L A T O
prudenter in sua Repub. sub ca-
pitis pœna privatis bella inter-
dixit, εὐνίς inquiens, ἰδίᾳ ποιῆ-
ται πρὸς τίνος εἰρήνην, ἢ πόλε-
μον, ἀνδρῶν κοινῶν, ἰάνα. *De*
ζημία, 12. de II Et vetustiorum
R. leges pro latrocinio, non e-
tiam bello reputarunt, quod ab
ipso populo, qui olim centuria-
tis comitiis pacem bellumque
jubebant Livius lib. 4. (scitis a-
jant Consules apud *Halycarnas*.
lib 6. nobis esse jam inde ab ur-
be condita legem, quæ rerum
omnium summam senatus po-
testati permittit præter magi-
stratus

stratus
& bell
arbitri
statem
li) inc
D. de
capt.
culor
tores
Julia
cipis
cian
ad l.
nil
quar
nota
præ
mo
reg
gul
illa

stratus creationem, ll. lationem,
 & belli vel inferendi vel finiendi
 arbitrium: horum n. trium pote-
 statem esse penes suffragia popu-
 li) indictum non fuerat l. 118.
 D. de verb. signif. l. 24. D. de
 capt. & postl. re vcrs. Sed & se-
 culorum superiorum Impera-
 tores ad imitationem fortè legis
 Juliae, quâ eum teneri, qui Prin-
 cipis injussu bellum gerit Mar-
 cianus Ictus perhibet in l. 3 D.
 ad l. Jul. Majest. bene memores,
 nil magis convenire Cæsari,
 quam salutem tueri Reipub. an-
 notante PAULO in l. 3. D. de off.
 præf. vigil. & subjectorum com-
 moda investigare, ut utilitas
 regni incorrupta persistat, & sin-
 gulorum status jugiter servetur
 illæsus, text. in pr. tit. de prok.

E feud.

dere
 , fir-
 nis, s.
 A TO
 b ca-
 nter-
 ποιη-
 τολε-
 εστ
 um
 on e-
 od ab
 curia.
 mque
 tis a-
 arnas.
 ab ur-
 rum
 is po-
 magi-
 stratus

feud. alien. per *Frider.* lib. 2.
 feud. promulgatis subinde seve-
 rioribus edictis & constitutio-
 nibus pacis tuendæ studio bel-
 li movendi licentiam subditis
 prorsus ademerunt, quales sunt
Friderici Imp. sub. tit. 27. & tit.
 53. lib. 2. Feud. item tit. 10. lib. 5.
feudor. & *Maximiliani* J. in R. A.
 zu Wormbs de Anno 1500. &
Caroli. V. in R. A. zu Spener
 de Anno 1526. § zum andern in
 fin. ibi, Sonder a wer zu den an-
 dern zu sprechen hat/sol das mit
 gebürlichen Rechten thuen bey
 Poen vnd Straffe des Landfrie-
 dens/Ejusdem in R. A. de An.
 1555. § dafegen sollen ibi, Es sol
 kein standt des Reichs dē Andern
 mit der that oder sonsten mit vñ-
 guten vornehmen vñ sich an or-
 denlichen Rechten begnügen
 lassen

lasse
 bella
 erit
 rato
 prom
 red
 intr
 nequ
 secu
 §2. D
 mal
 suis
 imp
 gere
 quo
 vete
 est,
 pos
 n. L
 n. 9
 leb
 ver

lassen. Illis igitur solummodo
bellare fas & iudicium armorum
erit necessarium, ut opt. Impe-
rator, *Aurelius*, autore *Xiphilino*
pronunciavit, in quos iudicia
reddi, quive superiorum jussu
intra officij limites contineri
nequeunt: nisi fortassis & ipsi illi
secundum *Vlpiani* monitū in l. l.
§ 2. D. Si vent. nomin. in poss. eat.
malint Judices eligere in causis
suis peritiores, quam inconsulto
impetu confestim armatos co-
gere arbitros. Atqui hoc est,
quod olim *Romani* ex formula
veteri mittebant clarigatum, id
est, res raptas clarè repetitum,
post *Plin.* lib. 22, natural. hist. cap. *Prius ver-*
ii. *Lipsius* lib. 5 civil. doct. cap. 4. *bis & ju-*
n. 9. aliæ vè gentes provocare so- *dicio quã*
lebāt, ut verbis & iudicio cōtro- *armis li-*
versæ finirentur, nō ad arma ire *tes finien-*
E 2 tur. *de.*

lib. 2.
e seve-
itatio-
o bel-
bditis
es sunt
& tit.
lib. 5.
R. A.
oo. &
Spener
en in
en an-
s mit
en bey
id frie
e An.
Es sol
ndern
it un-
an or-
nügen
lassen

tur. Sic *Aricini & Ardeates* de ambiguo agro cū bello sæpius certassent, multis invicem cladibus fessi iudicem P. Rom. cœpère Liv. lib. 3. in fin. Et *Saguntini* non statim ad arma procurrere, sed prius more legitimo quærere maluerunt FLOR. lib. 2. hanc demum esse necessitatem, quæ bellum justificat, dextrè arbitrati, quum ad bellum extremo loco confugitur: & tunc arma arripiuntur, quum locum apud adversarios iustitia nequit invenire *Cassiod. 3. varior. 17.*

(c) Cui speciatim competat ex superioribus innotescit. verum an *Imperij Principes superiorem recognoscētes belli portas auctoritate propria aperiundi licentiam habeant*, non inutiliter hodie

die di
ex ra
vider
perii
perat
tia co
mus:
Impe
Mod.
HEN
senb.
plure
Joac
tid. t
n. ha
Gott
Galli
crim
re.
cisc
verb

die disputatur? Potior quidem
 ex rationibus adductis negativa
 videri poterat. At verò uti Im-
 perii Magnatibus multa ad Im-
 peratoris Majestatem pertinen-
 tia communicata deprehendi-
 mus: sunt n. i. in suis territoriis
 Imperatores *Castr.* conf. 34.
Mod. Pistor. conf. 24. n. i. vol. i.
 HENNINNG. GOED. conf. i. *VVe-*
senb. conf. 27. n. 29. & alij com-
 plures, quos catervatim refert
Joach. Cluten. in syllog. rer. quo-
 tid. th. 26. sub. I. A. Utuntur
 n. hac inscriptione, Wir von
 Gottes Gnaden etc. quam sibi in
 Gallia absque Majestatis læsæ
 crimine nemo sibi ausit arroga-
 re. Hinc *Ludovicus IX. Fran-*
ciscum Armeniorum Ducem hæc
 verba GRATIA DEI de rescriptis
 suis

Imperii
Principes
multacum
Imperato-
re com-
munia
habent.

suis detrahere jussit memorante
Bodino lib. 5. de Repub. cap. 10.
 n. 172. Inq; III. ipsos crimen læsæ
 Majestatis committitur: ut de
 Electoribus est textus expressus
 in A. B. Carol. IV. tit. 24. in pr. Ha-
 bent itidem IV. ex consuetudine
 hominum memoriam exceden-
 te jus abolendorum Criminum
 & remittendi poenas capitales;
 quod similiter in Gallia Princi-
 pibus denegatum, ubi solus Rex
 delicti capitalis veniam indul-
 get *Renat. Choppin.* de dominat.
 Franc. cap. 48. n. 5. Supplent de-
 nique V. non secus ac Impera-
 tores testamentorum solennita-
 tes, ut præjudiciis domuum *Saxo-
 nicæ & Brandenburgicæ* confir-
 mavit *Ant. Coler.* in disp. 2. col-
 leg. testam thes. 6. Et id genus al-
 lia insignia jura, quæ interstitio
 tem-

temp
 veru
 semp
 plura
 debe
 geren
 talia
 tatur
 milit
 in A
 man
 de &
 inve
 & la
 per c
 Imp
 non
 am
 qui
 Rep
 cipis
 certi

temporis immemoriali adquisi-
 verunt, inq; viridi observantia
 semper obtinuerunt exercent
 plura. Vnde *Guilbel. Bruffs.* in cōs
 debell. adversus *Turc.* feliciter
 gerend. meritò fatetur, se in I-
 talia quidem palatia & antiqui-
 tatum monumenta, in Gallia
 milites, in Hispania Præsules,
 in Anglia Agricolas, in Ger-
 mania verò Principes omni lau-
 de & admiratione dignissimos
 invenisse: Ita constans eadem
 & laudabilis consuetudo quasi
 per conventionis modum inter
 Imperii status introducta, ut
 non Imperator tantum; sed eti-
 am ordines cum primis illi,
 qui in curam sollicitudinis pro
 Repubita vèiunt adsciti, ut Prin-
 cipis superioris potestatem,
 certis limitibus definiant.

Imperii
ordines
de bello
suscipien-
do statue-
re possunt.

de bello suscipiendo statuere.
Warem. de Erenb. de foeder. cap.
2. n. 56. Petr. Heig. part. 1. quæst.
12. n. 29. ipsoq; inconsulto mili-
tem cogere, delectum agere &
ad arma defensiva præscitu Du-
cis circularis R. A. zu Wörzburg
de Anno/1564. § demnach so de-
clariren R. A. zu Augsburg de
Anno. 1566 § den Versicul con-
vocare possint Althus. polit.
cap. 35 n. 9. ex causis videlicet im-
pellentibus, Quales sunt I. summi
Principis absentia, quam subita-
neū & moræ impatiens pericu-
lum præstolari non patitur.
Tunc enim necessitas extrema
magnū humane imbecillitatis pa-
trocinium Sen. 4. decl. 4 nullis
legum circumscripta cancellis;
sed sibi ipsi legem faciens c. re-
missto-

Si scilicet
summus
Princeps
absit.

miss
 can
 pta
 pro
 tes
 §. v
 45.
 ger
 cur
 ner
 fin.
 stit
 illu
 tum
 gun
 nim
 viu
 fen
 lum
 arm
 reli
 Pop

missiorem i. quæst. i. classicum
 canere cogit, cum illa non scri-
 pta sed nata lex defensio sui, ceu
 probant Dd. ex l. i. § cum arie-
 tes D. si quadr. paup. fecer. l. i.
 §. vim vi 27. D. de vi & vi arm l.
 45. § 4. D. ad l. Aquil. nobis sug-
 gerat, fatius esse in tempore oc-
 currere, quam post causam vul-
 neratam remedium quærere l.
 fin. C. in quib. caus. in integ. re-
 stit non est concess. ne eveniat
 illud Romanis olim exprobra-
 tum, dum *Romæ* consultatur; *Sa-
 guntum* expugnatur. Hoc ete-
 nim casu obtinet illa apud Li-
 vium lib. 9. celebrata *Herennij*
*sententia: semper justum est bel-
 lum, quod necessarium, semper pia
 arma, ubi nulla nisi in armis spes
 relinquatur.* THEOD. *Reinfringē*
popularis meus honorand⁹ lib.

Si ab officio suo recedat.

*Ab officio recessus consistit vel in omit-
tendo.*

2. de regim. Eccl. & secul. clafs.
3. cap. 1. n. 20. Philipp. Horst. in
disc. de bello, placit. 2. II. Prin-
cipis *ab officio suo recessus*, qui
consistit vel in *omittendo*, vel *fa-
ciendo*. In *omittendo* si humilimè
& instantissimè imploratus deq;
turbulentissimo vel unius atque
alterius tantum circuli statu, vel
etiã de calamitosissima totius ad
interitum ruentis imperii facie
edoctus, & quidem ab iis, qui par
humeris onus sustinent, & ejus
propinquiora membra nuncu-
pantur, nec non imperii latera
solidavè bases existunt, adeò ut
ijs tãdem subtractis splendidis-
simi hujus ædificii molem pro-
tinus concisuram nemo, nisi aut
quem invidia flamma detorru-
erit, aut quem Bœotico natum
aere suspiceris, inficjetur, tot

preces

prec
fessis
stud
ruiss
lame
man
furd
anni
flic
per
me
cop
Du
Hiss
sant
Ann
gen
mil
fent
nor
qu
vid

preces eorum etiam quos indefessis pertinacissimæ fidelitatis studiis maxima quævis commerruisse putares, tot querelas, tot lamentationes *necessitatum humanarum verecundas execrationes* surdis auribus negligat sive omninò adspernetur & rebus afflictissimis obstinato quasi inperniciem ulteriorem animo medelam adferre nolit. vide copiam resolut *Welche Churf. Durchl. zu Sachsen den Königl. Hispanischen subdelegirten Gesandten gegeben den 19. Octob. Anno 1631. Sampt dazu gehörigen beylagen etc. In faciendo similiti suo fucosam simulatæ defensionis & necessitatis, (quæ non excusat, nec verè est, Vel in facium potest casui aliter prociendo. videri Alciat. lib. 8. cons. 35.)*

E 6 titulum

titulum præ se ferenti contra
 severam castrorum disciplinam
 aertissimam Imperij Romani cu-
 stodem v̄al. Max. lib. 6. cap. 5. in
 omne nefas licentiæ frenos lax-
 et, ut scilicet sub Præsidij opina-
 tu ab incautis errore credulita-
 tis, quæ in optimi cuiusq; men-
 tem facillimè irrepat, velut ami-
 ci hospites & benignè admissi &
 lautè excepti fracta turpiter
 hospitalitatis tesserâ non agros
 tantum, vicos, castella, urbes de-
 populentur, Principum æraria
 exhauriant totiusq; intimiorem
 provinciæ medullam velut hi-
 rudines exugant; sed in super-
 loco debitæ gratitudinis, (cujus
 neglectum impudentia ad o-
 mnem turpitudinē maxima Dux
 è vestigio sequitur) hospites vin-
 culis

culis
 supp
 earū
 nefa
 locu
 & sp
 tatib
 ut.

Hæ
 nes
 tina
 sim
 den
 exe
 tra
 ru
 rio
 tur
 ju

culis & verberibus atque omni
 supplicio excruciatuum enecent
 earūdem uxores, filiasvè per vim
 nefariā libidine conspurcent,
 loculos ad restimusq; excutiant,
 & spoliatis quibuscuuq; facul-
 tatibus ad incitas redigant; adeò
 ut

Ubiq; vastitas, fames,

Et dira mortis imago.

Hæc contra leges, constitutio-
 nes, & ordinationes *adaman-*
tina illa *Imperii fulcra* & sanctis-
 simam *juratæ capitulationis* fi-
 dem enormi & inaudito planè
 exemplo si conceduntur perpe-
 trari: Ecquistam iniquus re-
 rum arbiter, qui Principes infe-
 riores communissimo tam Na-
 turæ quàm omnium gentium
 jure suffultos, & ut *religionis pu-*
ritatem,

Leges a-
damanti-
na Imperii
fulcra.

ritatem, *libertatis* dulcedinem,
dignitatis merita inæstimabili
 sanguinis pretio à majoribus
 parta fortunasq; subjectorum
 & salutem sibi concreditam ani-
 mosè tutentur, officii nexu ob-
 strictos facinorum atrocissimo-
 rum sarcinas vel domestico mo-
 limine vel succenturiatis vici-
 norum auxiliis à cervicibus &
 humeris excutere non posse in-
 fulsè effutiat? Quippe cum
 nihil sit quod contra scelestissi-
 mum bellum rependi jure non
 possit, nihil sit, quod adversus
 internecinum non liceat, *Alb.*
Gentil. de arm. Roman. lib. 2.
 cap. 2. Sed ne spicas colligere
 videar, postquam locupletiores
 agelli possessores messem fece-
 runt, ad illa remitto lectorem,
 quæ in disceptatione sua erudi-
 tiffi-

estim
 dicat
 lius
 in pu
 taq;
 lum
 3. CO
 lant
 de ju
 ria c
 13. D
 init
 quo
 inc
 gitu
 rius
 dat
 Ho
 Af
 nus
 58.
 Pau

tissima de bello protector. & vin-
 dicat. amplifs. Balthasar Hencke-
 lius consiliarius Regius nuper
 in publicum emisit. Quando i-
 taq; ejusdem est potestatis bel-
 lum facere & pacem, Decius lib.
 3. consil. 20. pariq; passu ambu-
 lant jus belli & pacis Engelbert.
 de jurisd. concl 66. lit. B. ad pa-
 ria quoq; judicari debent l. 12 l.
 13. D. de ll. l. 3. C. eod. ita, ut à quo
 initium habuit bellum, ab eodē
 quoq; finem sortiatur. Hisce nō
 incōmodē, uti reor, illa subjun-
 gitur quæstio, *An Dux qui alte-
 rius nomine exercitui præest, man-
 datum sibi bellum componere &
 spondere firmiter pacem possit?*
 Affirmativam defendit Duare-
 nus ad l. 5. D. de pact per l. 58. D.
 de procurat. ex qua
 Patet, quod procurator,
 cui

*Ius belli &
 pacis pari
 passu am-
 bulant.*

*Dubit adē
 ratio.*

rem,
 abili
 ribus
 m
 ani-
 ob-
 mo-
 mo-
 vici-
 s &
 e in-
 m
 tiffi-
 non
 r fus
 Alb.
 o. 2.
 gere
 ores
 ece-
 em,
 udi-
 tiffi-

Deciden-
di ratio-
nes.

cui generaliter rerum admini-
stratio commissa est, possit exi-
gere, aliud pro alio permutare
& quod is mandato rectè par-
uisse intelligatur, qui uberius ac
melius quam fuerat jussus ne-
gotium gesserit *Job. Borcholt. de*
jurejur. cap. 3. At verò cū nihil
reputetur egisse egressus man-
dati fines, qui diligenter custo-
diendi, l. 5. D. mandat: & à man-
dati forma, quæ commodissi-
mè servanda l. 46. D. eod, re-
cedens Dominum non obliget
Bursat. conf. 395. n. 13. sive præ-
ter sive contra formam fecerit.
Socin. Jun. consil. 22. n. 14. vol. 3.
Petr. Surd. decis. 209. n. 7. Nec
sufficiat ibi mandatum gene-
rale & liberum, ubi res agitur
præjudicii gravissimi, *Petr. Ni-*
col.

col.
tit. c
cific
resp
ven
ma
pro
nti
de v
nov
fac
cor
Ne
dat
ple
cor
dec
rig
Qu
tes
ta

col. *Mozz.* in tract. de mand. sub
tit. de divis. mand. qualis est pa-
cificatio quæ publicam causam
respicit *Fortunio Garcia* in l. con-
ventionum §. D. de pact. Et cum
mandato generali instructus
prorogare terminum nequeat,
ut patet ex l. Romæ 122. §. 1. D.
de verb. oblig. quanto minus de
novo poterit concedere, cum
facilior sit extensio, quam nova
concessio, per l. 5. D. de precar.
Nec demum 3. generale man-
datum, quod ea tantum com-
plectitur, quæ in similibus fieri
consueverunt, *Fr. Vivius* lib. 2.
decis. 339. n. 28. ad insolita por-
rigatur, *Br.* in l. si fraudatur. D.
Quæ in fraud. credit. etiam si po-
testas amplissimis verbis tribu-
ta proponatur. *Tib. Decian.* conf.
33. n.

admini-
sit exi-
nutare
paru-
ius ac
us ne-
olt. de
l. nihil
man-
custo-
man-
dissi-
d, re-
bliget
e præ-
ecerit.
vol. 3.
7. Nec
gene-
gitur
r. Ni-
col.

33. n. 39. vol 2. Atqui insolitum
 planè est, non tantum ex indu-
 ctione exemplorum, quæ inter
 clarent illud. T. *Quintii Flami-
 nij* Lacedæmoniorum Duci *Na-
 bidi* pacis conditiones præscri-
 bentis; ita tamen ut missis ex
 templo legatis, pax senatus au-
 ctoritate confirmaretur *Liv. lib.*
32. & *Auli* Ducis Romani exer-
 citus cuius foedus cum *Jugur-
 tha* pactum rescissum, quod Se-
 natus decerneret, suo atq; popu-
 li injussu nullum potuisse foedus
 fieri *Salust. in bell. Jugurth. cap.*
39. sed & ratione juris, quod cer-
 tæ alicui rei peragenda præfecto
 contrariam expedire non con-
 cedit *Bl. lib. 4. cons. 371.* Si Dux
 ad arma gerenda constitutus,
 pacis laurum gestet: propterea

Dua

Dua
 belli
 de R
 cont
Dua
 sunt
 adin
 est
 five
 actu
 aut
 trari
 pote
 pact
 cum
 dum
 lite
 tat
Alci
 qua
 vis

Duareno Alb. Gentilis de jure belli lib. 2. cap. 10. & *Job. Bodinus* de Republ. lib. 3. cap. 2. meritò contradictoria vota opponunt. *Duareni* rationes inferiores sunt, quam ut veritati quidquã adimant. Tralatitij etenim juris est mandato generali diversos sive parum dissimiles & medios actus, quales sunt rem exigere aut permutare, non etiam contrarios aut extremos includi, utpote pacisci, transigere l. 18. D. de pact. in tantum ut Procuratori cum mandato generali ad agendum constituto, transigendi de lite arbitrium minimè competat l. 60. D. de procurat. l. 7. ubi *Alciatus*. C. de transact. Et quanquam in causis privatis, qui rem plenius & utilius gessit,

*Resolutio
rationis
dubitandi.*

Non se-
quendum
jus priva-
tum, ubi
publici a-
lia inter-
pretatio.

Punitur
qui fines
mandati
in bellico
negotio ex-
cedit, re-
etiam bene-
gesta.

gessit, à mandato non deflexisse
quandoque perhibeatur, *Tira-*
quell. de pœn. ll. caus. 52. n. 3. &
seqq. *Job. Cœppen* lib. 2. observ.
59 n. 4. in publicis tamen uti-
mur aliâ inter pretatione juxta
doctrinam *Modestini* in l. 3. § 15.
D. de re milit: ubi commenta-
tur, quod *Miles, qui prohibitam*
ab Imperatore rem in bello fecit,
aut mandata non servavit capitali
pœnâ obligetur, etiamsi res bene-
cesserit, aut victor opima de ho-
stibus spolia retulerit. Cujus
recepti juris specimina exhibue-
runt *M. Torquatus*, qui filium è
medio sustulit, quod cum hoste
contra præceptum suum dimi-
casset, hostem vè superasset; *sa-*
tius esse judicans patrem forti filio,
quam patriam disciplinâ militari
carère

carère
Et P
um r
vigin
tum
tern
men
ipso
(d
sive
aufe
Sene
men
rum
misc
& eg
Taci
cessu
nutr
pro
men

carere: Valer. Max. lib. 2. cap. 2.
 Et *Papirius* Dictator, qui *Fabi-*
um magistrum Equitum, licet
 viginti hostium millia cen-
 tum duntaxat civibus amissis, in-
 ternecioni dedisset, capitis ta-
 men postulavit, quod vetante
 ipso hostem invaserat. *Liv. lib. 8.*

(d) A Victore dependet pax
 sive belli finis, quando ille dandi
 auferendique vitam potens ut
Seneca loquitur lib. 1. de cle-
 ment. partâ victoriâ (quæ ple-
 rumq; res insolens, superba ni-
 misq; elata, *Cic. pro M. Marcell.*
 & egregios inflare Duces solet,
Tacit. 3. histor. quippe cum suc-
 cessu nihil magis insolentiam
 nutriat, nec ullum efficacius sit
 prosperitate superbiæ incita-
 mentum) ceu singulari Deorum
 munere

Victoris
 est, qui pa-
 cis deside-
 rio tene-
 tur, parce-
 re.

Victoriâ
 non abuti,
 id est.

Parcere,

Misereri,

munere nō abutitur laudabilius
 esse, arbitratus, cū potuerit per-
 dere, pepercisse, quā, cū parcere
 potuerit, perdidisse. *C. pro Quint.*
 & egregium magis esse infelicis
 scire misereri, quam hostē vin-
 cere *Val. Max. lib. 5. cap. 1. imō di-*
vinū nihil in homine haberi, quā
Parcere subjectis & debellare su-
perbos

Virgil 6. *Æneid.* sive ut idem r. 6.
 minus pulchrè Senec. in *Octav.*
 exprimit.

Consuere patriæ, parcere adflictis,
ferâ

Cede abstinere, tempus atq; ire dare
Orbi quietem, seculo pacem suo,

Salutem
hominibus
dare.

Hæc sūma virtus; patet hæc cælū viâ
 Quandoquidem nullâ re
 homines ad Deos propius acce-
 dunt, quam salute hominibus
 dandâ. *Cic. pro M. Marcell.*

Dis

Dis proximus ille est
 Quem ratio non ira movet, qui fa-
 cta rependens

Consilio punire potest, - Claud.

Et deniq, haud quidquam esse,
 quod gentibus Imperatorem
 magis commendet, quod æquè
 regium sit, quam posse se ipsum
 vincere, uti Alexander. M. re-
 giè olim non solum sensit, teste
 Plutarch. in ejus vita, sed reapse
 contestatus est in devicto Poro,
 cui regnum belli jure ablatum
 restituit, latioribus imperio ejus
 finibus adjectis Curt. lib. 8. quem
 imitatus Rex Alphonsus lauda-
 tissimus, qui debilitare hostes
 fortunæ munus, suum autem
 esse victos refocillare gloria-
 tus est, perhibente Panormit.
 lib. 2. de reb. gest. Alphons.
 Atq;

Seipsum
 vincere.

Declara-
 tur exem-
 plis, Alex-
 andri.

Alphonsi.

ilius
 per-
 cere
 uint.
 licis
 vin-
 di-
 quã
 sit
 r. 6.
 tav.
 Etis,
 dare
 viã
 re
 ce-
 bus
 Dis

*Friderici
III.*

Atq; horum vestigia deinceps
pressit gloriosissimus Imperator
Fridericus III. dum victis in
Hungaria *Gunziensibus*, hisce
Germanos suos alloquutus dici-
tur ab *Aenea Sylv.* lib. 2. com-
ment. de reb. gest. Alphons.
*Magnum actum est opus: nunc au-
tem majus restat, ut scilicet vinca-
mus nosmet ipsos: atq; avaritia
& ulciscendi cupiditati frena im-
ponamus.* Memoratu & imitatio-

*Alexandri
Bulgaro-
rum Prin-
cipis.*

ne perquam dignum est quod
de *Alexandro Bulgarorū* Princi-
pe memoriae prodit *Niceph. Gre-
gor.* lib. 10. qui cum *Androni-
cum* Juniorem Imperatorem
bellum inferentem prælio fudis-
set, non ad insolentiam & vin-
dictam victoriâ usus: sed victo
pacem ultro obtulit, eum cum
lacero exercitu domum redire
passus,

passu
post
min
dive
mor
man
nes.
ribu
qua
d. c
sent
ruit.
tant
ribu
veru
am c
adve
virt
tolle
prist
hac

passus, & amice hortatus, ut in-
 posterum, moderatior, esset, me-
 mineritq; *unius anni quatuor esse*
diversa tempora; nec non paulo
 momento maximas in rebo hu-
 manis incidere rerum mutatio-
 nes. Illa mihi appendicis, Victo-
 ribus autem doctrinae loco sint,
 quae facundiae parens *Tullius* in
 d. orat. pro Marcell. in hanc
 sententiam eleganter edisse-
 ruit. *Nulla inquam, tanta vis,*
tantaq; copia quae non ferro ac vi-
ribus frangi & debilitari possit.
verum animum vincere, iracundi-
am cohibere, victoriam temperare,
adversarium nobilitate, ingenio,
virtute praestantem non modo ex-
rollere jacentem; sed ejus etiam
pristinam amplificare dignitatem:
haec qui facit, non ego cum summis

F

viris

Elegans
Doctrina
Tullij vi-
ctoribus
scitum neces-
saria.

ceps
 ator
 s in
 hisce
 dici-
 com-
 nonf.
 te au-
 vinca-
 ritia
 a im-
 atio-
 quod
 rinci-
 Gre-
 dromi-
 rem
 fudif-
 t vin-
 victo
 cum
 redire
 assus,

*viris comparo, sed similitimum Diis
judico.*

(e) Si scilicet ille frenum,
Necessita- mordere (& quod in re simili
ti quando- quispiam dixit) necessitati,
que pa- quam ne Dij quidem superant
rendum. Liv. lib. 9. parêre non renuat,
Exemplo rebusque inclinatis se ipsum in-
Caroli clinare & quâvis tolerabili con-
Calvi. Fr. ditione pacem accipere malit,
Regis, quàm viribus cum valentiori
 decertare. Exemplo est *Carolus*
Calvus Francorum Rex, qui *Nor-*
mannorum viribus se imparem
 fore ratus, quater mille auri ta-
 lenta paciscendo obtulit, ut in-
 cendiis, cædibus & prædis absti-
 nerent teste CRANTZ. lib. 2. Nor-
 vveg. cap. 6. Semper namque
Præstat præstat de suo aliquid concede-
de suo jure re, quam belli exitalem belluam
concedere admit-
quam bel-
lum ad-
mittere.

admittere, quæ non aliter, quam
 tempestas ac vorago insatiabi-
 lis omnia consumit, facultatum
 omnium & subditorum *πρω-*
λεθειαν secum trahens.

Quod cum primis Victo sum-
 moperè expedit. *Gubernator*
 certè, *ubi naufragiū timet, ja-*
cturâ quicquid sanari potest, redi-
nit Curt. lib. 3. Julian.) Ctus in l.
 8. D. ad l. Rhod. de jact. Quid nî
 victus quoque, qui semel fortu-
 næ perfidiam contra se exper-
 tus, prorogare ultra ruinam,
 eique, quem Deus (cujus tan-
 tum beneficio, non numero ho-
 minum plerisque velut in sinum
 de cœlo victoria devolat, ut piè *De cœlo*
 graviterq; scribit *Appian* in lib. *victoria.*
 de bello Hispan.) superio-
 rem esse voluit, cedere velit?

F 2

Sunt

m Diis

enum,

e simili

esitati,

perant

renuat,

sum in-

ili con-

malit,

entiori

Carolus

ui Nor-

parem

auri ta-

, ut in

s absti-

2. Nor-

mque,

oncede-

belluam

admit-

Sunt enim homines quidam hoc astro nati: ut ijs ad amplitudinem & gloriam atque res magnas benè gerendas fortuna divinitus adjuncta videatur: ita ut quidquid contra illos salubriter destinaveris, omni ratione Dii discutiant CURT. lib. 13. Quod etiam Vegetius secum perpendens lib. 3. de re mil. cap. 6. nescio ait, quâ occultâ imo pene divinâ ratione, alii contra alios dimicent melius. Ceu docent exempla Alexandri Macedonis, M. Marcelli, Scipionis Africani, Maronis quorum ausibus semper secundæ fortunæ aura adspiravit, quò etiam spectat Theodosii M. contra robustissimum Eugenii Tyranni exercitum non usque adeò validâ manu felicissimè pugnan-

*Quidam
occultâ &
divinâ
quâdam
ratione di-
micant
feliciter.*

gnantis. Cujus victoriæ causas
Ethnicus *Pœta* solerter annota-
vit.

*O nimium dilecte Deo! cui fundit
ab antris*

*Æcolus armatas hyemes: cui mi-
litat æther*

*Et conjurati veniunt ad classica
venti.*

Quos versus si ad *Gustavum A-*
dolphum, Theodosium hodie-
num, qui non tantum res in cre-
dibiles atque inauditas, animosè
ausus est, sed etiam insigni glo-
riæ simul ac fortitudinis laude,
feliciter peregit *Deo & victrici-*
bus armis fretus ad ulteriora cõ-
tendens, si referam, me ad me-
tam collimasse reor.

(f) Si nimirum ambopares,
nondum facto inter se virium

*Pares
sunt, qui
nondum*

F 3

peri-

oc
di-
na-
di-
ta
iter
dis-
iam
lib.
it,
ati-
mi-
alex-
celli,
quo-
nda
o e-
con-
Ty-
ue a-
è pu-
gnan-

periculo Curt. lib. 7. (id enim optimum & propè unum tempus esse de pace agendi, dum sibi uterque confidit & æquales adhuc sunt post Atheniensium legatos apud Thucyd. lib. 4. peritè censuit *Cæs.* lib. 1. de bell. gall.) dubium Martis eventum reformident, haut ignari, sylvam si quis accenderit non amplius ad incendientis arbitrium ferri, sed ventis regi, ac flammam obviam quæque depascere & consumere: sic pariter bellum excitatum non in auctorum manu esse, sed fortunâ regi Polyb. lib. 2. histor. & secundum *Salust.* in Jugurth. omne bellum facile sumi, cæterum ægerrimè desinere: & inemendabiles esse errores, qui violentiâ

Mar-

*Bellum
fortunâ
non manu
auctoris
regitur.*

*Inemen-
dabiles
belli erro-
res.*

*Ma
lib.
poe
pra
isse
nu
ma
nio
ten
nex
ens
ple
se
lici
fere
gui
me
eve
pra
Au
per*

Martis committuntur Val. Max.
 lib. 2. cap. 2 cum errorem statim
 poena subsequatur *Veget.* 1. 13. ac
 praeterea utrique parti bella fu-
 isse exitiosa pugnisve Draco-
 num & Elephantorum simili-
 ma, Draco enim referente *Pli-
 nio* lib. 8. nat. histor. Elephan-
 tem circumflexu ambit & nodi
 nexu perstringit, Elephas mori-
 ens & corruens pondere com-
 plexum elidit. Quocirca apud
 se sapienter constituent tum *fe-
 licius* fore pacem nunquam lacef-
 sere, quam multo reparare san-
 guine *Sen.* epist. 66. & in discrim-
 en per incertos certaminum
 eventus securitatem civium
 praecipitare. *Aurel. Viêt.* in
 August. tum *gloriosius* pacem
 per sapientiam firmare,

*Bella utri-
 que parti
 exitiosa.*

*Felicius
 pacem
 nunquam
 lacefcere,*

*Gloriosius
 pacem per
 sapientiam
 firmare.*

F 4 quam

*Tutius in
portu præ-
cavere
tempesta-
tem.*

*Utilius
subcre-
scentis belli
impetum
in ipso li-
mine op-
primere.*

quam bellum per aciem con-
ficere *Tacit. annal. 3.* sive ut *Ci-
cero* loquitur *Philipp. 5.* sapien-
tiâ id potius extinguere, quam
armis & ferro rem in discrimen
adducere : tum quoque *tutius*,
dum ad huc stat navis in portu
præcavere tempestatem futu-
ram, quam inter medias procel-
las eandem trepidare *Joseph. lib. 2.*
bell. Jud. cap. 16. tum denique
utilius esse subcrescentis belli
impetum, antequam pubescat,
validius, celeritatis opprimere
remediis, quam ejus rabiem,
post infinitas clades serô nimis
côpescere *Amm. Marcel. lib. 21.*
In quam mentem pereleganter
exstant versû *Claudij. in Eutrop.*
lib. 2.

*Cautior ante tamen violentum
Navita Corum*

Pro-

*Prospicit, Et tumida subducit vela
procella.*

*Quid juvat errores mersâ jam
puppe fateri?*

Quemadmodum *Athenienses* factitasse meminit *Isocrates*, qui probè intelligentes vim omnem neque ad quæstum, neque ad res gerendas, neque omninò quidquam ad felicitatem prodesse, maluerunt legationibus id adsequi, quod bello vindicandum proposuerant: sæpius confessi, se propter eos, qui pacem amplectendam hortati sunt, nihil damni acceperisse: at propter eos, qui procliviores ad bellum exstiterunt, in varias gravesq; calamitates incidisse.

F 5 SECTIO

Pro-

SECTIO VI.

*AD QUID VICTOR
in danda, victus in acci-
pienda pace, uterq; in facien-
da respicere debeant.*

Debet autem victor in
danda pace respicere
ad DECORUM (a) & Tu-
TUM (b) ac proin MITEM
(c) sive JUSTAM dare: Vi-
ctus in accipienda ad HO-
NESTUM (d) atq; ideò non
nisi APERTAM (e) accipere.
Vterque demum in faci-
enda ad UTILE (f) & pro-
pterea FIRMAM ac PER-
PETUAM (g) facere.

(e) Quod

(a) Quod fit *ignoscendo* & *Decorum*
parcendo. Ignoscet autem facili- *respicit*
 ter, si sit deditus pietati, quæ fir- *viCTOR i-*
 missimum *Christianismi muni-* *gnoscendo*
mentum. Ea etenim ipsum effici- *& parcen-*
 et, tum *pacificum* erga hostes i- *do.*
 pso, tum benignum & *modera-* *Pacificum*
tum erga eorundem bona & res *reddunt*
 alias. *Pacificum*, quidem ex medi- *viCTorem*
 tatione literarum sacrarum, quæ *meditati-*
 ferio inculcant pacem inquire- *ones Sa-*
 re eamq; persequi *Psal.* 34. v. 15. *cræ.*
 veritatem & pacem diligere *Zach.* 8. v. 16. pacem colere cum
 omnibus. *Paul.* ad Rom. 12. v. 18.
 ad Corinth. in epist. post. cap. ult.
 v. 11. & ad Hebræos cap. 12. v. 14.
 diligere non solum amicos, sed *Benignū,*
 & inimicos *Matth.* 5. vers. 46. *imitati-*
Luce. 6. vers. 32. condonare *ones ope-*
 inimicis offensas. *Matth.* 6. *ram Chri-*
 vers. 14. *Marc.* 11. v. 25. *stianorū.*
 F 6 postea

*Ethnica
sunt opera
sævire in
res inno-
xias.*

postea & moderatum ex imita-
tione Christianorum operum.
At verò non sunt hæc Christia-
na, sed horrida, nefaria & plus
quàm Ethnica opera sævire in res
innoxias; quæ si voces edere pos-
sent, simul conclamarent, se non
belli causam, iniquè ferre belli pæ-
nam: utpote ultra jus victoriæ,
quod olim verbis gravioribus
exprobrabant Philippo. *Atheni-
enses, Liv. lib. 31. Flor. 2. cap. 7.*
fata exurere, segetes devastare,
villas incendere, arbores frugi-
feras detruncare, quas divina
lex cædere interdixit *Deuteron.*
20. vers 19. quodque ultimi odii
est, & furor ac rabies verius, quàm
ultio, *templa diruere, sacra do-
naria auferre, quanquam illa
Deo consecrata & extra homi-
num*

num commercia nullius in bonis existentia § 5. Inst. de rer. divis. l. 21. C. de SS. Eccles. non tam victis, quam Deo diruta & ablata reputentur. *Urbes* quibus parcendum, quo opulentius habeatur imperium, *Liv.* lib. 2. diripere & funditus tollere: à qua immanissimâ totalis excidii poena cum immanitatis ille hostis Syracusarum urbe potitus *M. Marcellus* abhorruerit, æternis *Syllij* Italici versibus celebratur:

Ausonius Ductor, postquam sublimis ab alto

Aggere despexit trepidam clangoribus urbem

Inq; suo positam nutu, stent memina rursam

Ant

imita-
erum.
hristia-
& plus
ein res
ere pos-
e non
elli pæ-
ctoriæ,
ioribus
Atheni-
cap. 7.
vastare,
s frugi-
divina
uteron.
mi odii
rius, quã
cra do-
am illa
n homi-
num

*Aut nullos rediens videat lux cras-
tina muros?*

*Ingemuit, nimumq; viris tantum-
ve licere*

*Horrui, & properè revocata mi-
litis irâ*

*Fussit stare domos, indulgens tem-
pla vetustis*

*Incolere atq; habitare Diis. Sic
parcere victis*

*Pro praeda fuit, & sese contenta,
nec ullo*

*Sanguine pollutis plausit victoria
pennis.*

Supplices inter necioni dare,
quod omnium tum in cives,
tum in peregrinos, maximum
esse peccatum statuit *Plat.* lib.
15. de ll. attestante id ipsum *He-
siodo*, qui par esse delictum ait, si
quis & supplicem & hospitem
malo

ma
stip
Do
plic
cid.
xui
ma
lum
pe a
tet,
roic
Et
mu
cui
tur
5. H
Fæ
Qu
stin

malo afficiat i. oper. quibus ad-
 stipulatur moralium sacrorum
 Doctor, dum ita piè monet, *sup-
 plicem afflictum ne abiicias, Syra-
 cid. 4. Pueris & fœminis velut se-
 xui rudi inscioq; ferri violentas
 manus inferre, cum quibus bel-
 lum gerere semper sævum & tur-
 pe æstimatum. Armatus sit oportet, quem oderim, Alexander he-
 roica voce insonabat, Curt. lib. 5.
 Et Camillus arma, inquit, habe-
 mus non adversus eam ætatem
 cui etiam captis urbibus parci-
 tur, sed adversus armatos. Liv.
 5. Hinc Poeta*

--- --- *Nullum memorabile no-
 men*

*Fœminea in pena est, nec habet vi-
 ctoria laudem.*

Quapropter meritò crudelis æ-
 stimanda Germãici vox est, qui nec

*Cum pue-
 ris & fœ-
 minis tur-
 pe bellum-
 gerere.*

*Crudelis
 Germani-
 ci Imp. vox*

*Alexandri
castitas.*

*Athenien-
sium inte-
gritas.*

sexus nec ætatis commiseratione motus, insistendum cædibus, nil opus captivis, solâ interne-
cione gentis finem bellifore
clamabat *Tacit* annal. 1. vel eti-
am virgines aut fœminas cap-
tas cujusque libidini prostitue-
re, quod ne barbari quidem ulli
fecerunt. Adeo ut *Alexander*
hostis victi uxorem facie inclu-
ta mulierem in conspectum ad-
duci vetuerit, ne vel oculis eam
contingeret, *Plut.* in vit. Alex:
& *Athenienses*, cum in literas
incidissent uxoris *Philippi*, quæ
ad maritum erant, non resigna-
rint, sed illæsas ad hostem capi-
talissimum ferri permiserint, ne
secretum maritale divulgarent,
præferendum rati fas commu-
ne propriæ ultimi. *Apul.* apo-
log.

log. 2. *Rusticam* & innocentem gentem, quam, quod labore suo civitates nutriat, peculiaris patrocinii & defensionis beneficio perfrui debere rescripserunt nomothetæ in l. 3. C. de defenf. civit. variis & indignis modis clade adficere, boves & pecora abigere, cætera instrumenta rustica, quæ vel pignoris causâ de possessionibus abstrahi ventant jura in l. 7. & 8. C. quæ res pign. obl. vi & furto auferre, atque omni alio infortunio maculare. *Casis* sepulturam denegare, sive, ut Poeta ait, tenuem invidere arenam, quod tragicis execrationibus dignum juri que divino, naturæ & gentium, bellisq; commerciis adversari doctè demonstrat P. *Faber* Semest. lib.

*Rustici
patrocinio
peculiaris
digni.*

*Prostratis
cadaveribus
sepulturam
denegare
contra
fortis
humana
commercium.*

eratio-
dibus,
terne-
li fore
el eti-
s cap-
stitue-
em ulli
xander
inclu-
m ad-
s cam
Alex:
literas
, quæ
signa
capi-
nt, ne
arent,
nmu-
apo-
log.

lib. 2. cap. 1. Et tradit *Bl.* in l. 10. C. de his, qui ut indign. licentiam offendendi morte finire; ac propterea, qui offendi per jus potest, eum offendi mortuum non posse: Quod ab ijs, qui in gerenda re bellica præclare versati, religiosè semper observatum, ut depositis de vitæ statione hostibus iras quoq; deposuerint velut hoc nomine *Theodosium* laudat *Claudian.* 4. conf. Honor.

--- paci non intulit iram:
Post acies odiis idem qui terminus armis:

Et conditionis humanæ memores l. 27. D. de condit. instit. prostrata cadavera sepelire iusserint. Quid crudelius & ferocius effatis *Aeneæ?*

Isthic

Isthic

Conde

Alitibi

Vnda

At qu

cundi

Nunc

Qu

perstr

bis Ca

bellu

trahit

Sunt

belli l

est a

dum

Isthic nunc metuende jace, non te
optima mater

Condet humo, patriovè onerabit
membra sepulchro:

Alitibus liquère feris, aut gurgite
mersum

Vnda feret, piscesq; in pastu vul-
nera lambent.

At quid humanius sedatâ ira-
cundiâ jubentis?

Nunc ite & miseris supponite Ci-
vibus ignem.

Quos excessus omnes paucis
perstrinxit & detestatus est ver-
bis Camillus, sæva, inquiens, res
bellum est, cumulumque secum
trahit injuriarum & violentiæ.

Sunt tamen bonis viris certæ
belli leges. Neque enim ita
est ad victoriam incumben-
dum, quin scelestè & impiè
facto-

Sunt bonis
viris certæ
belli leges.

Hodie sce- factorum nomen declines. *Plu-*
lera in tri- *tarch.* in Camill. Sed hodie
umfis fe- proh! res eò devenit, ut scelera
runtur. & sacrilegia minuta puniantur,
 magna in triumphis ferantur.

Parcet vi- publici in auro atque purpura,
ctor, si sit *Gell.* II. 18. Parcet itidem. tum i.
studiosus Si sit *studiosus humanitatis*, cujus
humani- suavitas etiam in efferata bar-
tatis. barorum ingenia penetrat *Val.*
Max. lib. 5. cap 1. & cuivis homi-
 ni à quovis homine hoc ipso
 debetur, quò homines æquè
 sunt, & vnius magnæ Reipub.

Sunt ho- Cives & Municipis, ac veluti
mines u- ramentum unum compascuo in
nus ma- agro compascens *Plutarb.* in
gnæ Reipb. vit. Alexand. nec non alterialte-
cives, rum

rum co
 Natur
 turalib
 anima
 dentia
 adfect
 tradit
 & iz
 propt
 tural
 ra co
 insidi
 de iur
 latur
 quie
 mini
 sam,
 lit li
 & in
 ciebr
 festo

rum communis omnium mater
 Natura commendat, proq; na-
 turalibus munimentis (quibus
 animalia cætera cœlestis provi-
 dentia armavit) miserationis
 adfectum imprimit, ut *Lactant.*
 tradit lib. 6. Instit. divin. cap. 11.
 & 12. Vnde *JCtus Florentinus*
 propter cognationem illam na-
 turalem, quam nos inter natu-
 ra constituit, homini hominem
 insidiari nefas esse ait. in l. 3. D.
 de iust. & jur. cui suo adstipu-
 latur suffragio *TULLIUS*, hoc in-
 quiens, *natura præscribit, ut ho-*
mini homo ob eam tantum cau-
sam, quod homo sit consultura ve-
lit lib. 3. offic. Quemadmodum
 & in reliquis animantium spe-
 ciebus ea naturæ vestigia mani-
 festò deprehendimus, quæ nun-
 quam

Bellua in quam nisi in diversi generis sive
suam spe- diversæ speciei belluas; sæviti-
ciem sævi- em suam & robur exercere visa
tiam non sunt, quod vel præter alios *Poeta*
exercent. luculentè testantur, ita enim
Lyricus lib. 5. Epod.

Neg, hic lupis mos, nec fuit Le-
onibus

Uunquam, nisi in dispar feris.

Et alter *Satyricus* satyr. 15. ex-
 planatius.

---- --- --- *Parcit*
Cognatis maculis similis fera,
quando leoni

Fortior eripuit vitam leo? quo me-
more unquam

Exspiravit aper majoris dentibus
Apri?

Indica tigris agit rabidâ cum ti-
gride pacem

Perpetuam; sævis inter se convenit
ursis, Cujus

Cujus humanitatis intuitu omnem provocantem, ejus scilicet nomine, qui ad supplicium ducitur, audiri debere humanissime respondit *Ulpianus* in l. 6. D. de appell. atque hinc humanitatem exhibere ab eodem in l. 1. § ait Prætor D. de postul. dicitur Prætor, qui dat Advocatum his, qui patronum non inveniunt. Et *Seneca* salubriter in proposito præsentis, victorem se hominem esse tum maxime cogitare debere suadet, cum Deus undique salutatur de vit. beat. & in sublimissimo triumpho curru vehitur *Tertull.* in apol. 33. Quavis autem *Pyrrhus* cupidus *Polyxenam* mactare, lex nulla capto parcat, aut poenam impedit apud *Tragoed.* in *Troad.* actu. 2. exclamet, & passim justum

Debet victorem tum maxime se hominem esse cogitare, cum Deus salutatur.

is sive
æviti-
e visa
Poeta
enim

it Le-

is.

5. ex-

parcit

ra,

o me-

ntibus

m ti-

venit

Cujus

*Quod lex
non vetat,
hoc vetat
fieri pu-
dor.*

*Non o-
mne, quod
licet, ho-
nestum.*

justum æstimetur, quod armis
potentior contra inferiorem,
decernit *Dio* lib. 49. attamen
quod lex non vetat, hoc fieri pudor
vetat; angusta siquidem innocē-
tia est, ut sapienter denuò *Seneca*
docet lib. 2. de ira & lib 5. de be-
nef. si ad legem quis bonus sit,
cum latius pateat officiorum,
quam juris regula. *Multa*
etenim exigit pietas, humanitas,
liberalitas, justitia, fides, quæ omnia
extra publicas tabulas sunt. Nec
officit, quod *Pyrrius* ibidem re-
plicat, Quodcunque libuit fa-
cere victori licet. Nam mini-
mum licere certum est, cui mul-
tum licet, cum juxta *Ictum*
non omne quod licet, honestum sic
in l. 144. D. de regul. jur. Est
namque aliquid, quod nō oportet
teat

teat
licet
mne
quo
penc
omn
sibi
funt
cap
cum
dus
§ 3.
qua
ard
Hof
ma
ria
seri
jur
vic
cer

teat ait *Cicero* pro *Balb.* etiam si
 licet. Non secus, quam non o-
 mne, quod ex libero arbitrio,
 quod Deus dedit hominibus,
 pendet, agere bonum est: neque
 omnia, quæ ægri conducere &
 sibi permittenda putant, utilia
 sunt *P. Tholoz* de *Repub.* lib. 9.
 cap. 1. n. 2. Si in re levissima
 cum posset, non nocuit, laudan-
 dus est potius venditor, per l. 1.
 § 3. D. de per. & comm. rei vend.
 quanto magis victor in re tam
 ardua. Christianè *Augustinus.*
Hostem pugnantem necessitas peri-
mat, sicut autem resistenti violen-
tia redditur: sic victo vel capto mi-
sericordia debetur relatus in
 jur. Canon. c. 3. 23. quæst. 1. ut
 videlicet clara sit victoria vin-
 cendo oppugnantes, non sævi-
 endo

mis
 em
 men
 udor
 ocē-
 neca
 e be-
 s sit,
 am,
 lta
 itas,
 nnia
 Nec
 m re-
 it fa-
 mini-
 mul-
 tum
 um sic
 Est
 oport-
 teat

*Anglorum
atrocitas.*

endo in afflictos *Liv.* lib. 4. Quã
obrem Impp. laudatissimi cap-
tos servare potius, quam occi-
dere voluerunt § servi *Instit.* de
jur. pers. eam demum victoriam
minimum habere rati invidiã,
quã plurimũ habet humanitatis
Val. Max. dict. lib. 5. cap. 1. Quos
imitari debuissent Angli. qui in
nobili illa pugna, quã Gallicum
imperium pessumdederunt,
cum captos plures haberent,
quã essent victores; veriti noct-
urna pericula, selectis nobiliori-
bus cæteros inhumanè trucidã-
runt *Commin.* 2. lib. 6. *Polyd. Virgil.*
lib. 17. vel saltem in mentem re-
vocasse, quã *Niceph. Gregor.* pius
scriptor hac de re literis enucle-
atè consignavit: *in pugna & acie-*

quid

quid quid, feceris, excusationem
 habet, quum ratio oppressa jacet,
 & manus velut ebria mente non
 reguntur: verum periculis jam pro-
 pulsatis, & animorum aestu sedato,
 ac tranquillitate menti restituta
 se vivere & ab officio recedere, impro-
 bi animi argumentum est: Et pau-
 lō ante, institutum hoc à mayo-
 ribus constanter ad posteros
 propagatum servatumque fuit,
 non modò à Romanis & Thessa-
 lis, sed Illyriis etiam & Treballis
 & Bulgaris. &c. homines extra
 aciem non occidendos. Quæ
 deinceps humanitas & interior
 naturæ lex, sive integer status ju-
 stitiæ, ne scilicet facias aliis,
 quod tibi fieri nolis, nec neges
 aliis, quod tibi, fieri velis,

*Interior
 natura
 lex, ne
 facias a-
 liis, quod
 tibi nolis.*

G 2

apud

Quā
 ap-
 cci-
 de
 am
 liæ,
 atis
 uos
 i in
 m
 ,
 ,
 oct-
 ori-
 da-
 rgil.
 re-
 pius
 cle-
 acie-
 quid

*Permuta-
tiones
& libera-
tiones in
bellis sæpe
admittun-
tur.*

apud quascunq, alias & quidem
ferocissimas gentes in tantum
prævaluit, ut in humanitatem
peccasse & bellicam justitiam
offendisse illi palam argueren-
tur, qui captivis truculenter oc-
cisis permutationes vel liberati-
ones admittere noluerint : quæ
cum sint in bellis frequentissi-
mæ, jam olim ex facto disputa-
tum fuit, *Utrum hac ratione di-
missus, ut pro ipso alter redderetur,
liber sit, nec reverti teneatur, si ille
interea, qui reddendus fuerat, fa-
tis succubuit ?* Quod affirman-
dum puto cum *Alb. Gentil. de
jur. belli lib. 2. cap. 15.* non habi-
ta ratione duntaxat ejus, quod
quemadmodum in emptione
periculum rei venditæ confe-
stim atque de pretio convene-
rit,

rit, ad emptorē pertinet, etiam si
 res illi tradita non fuerit per l. 5.
 l. 8. D. de cōm. & pericul. rei vend
 l. 1. C. eod. l. 12. C. de act. emp.
 item in permutatione, si quid
 dedi, ut aliud mihi dares, peri-
 culo meo sit, quod abs te dari
 oportet l. 5. § 1. in fin. D. de præ-
 sc. verb. ita ex identitate ratio-
 nis in redemptione captivorum
 idem obtineat: sed quod in con-
 ventionibus captivorum bona
 tantum spectetur fides, interque
 milites jus gentium ac æquitas
 naturalis omisso juris civilis ri-
 gore observetur, nam arma mi-
 litem scire decet, non jura l. 22.
 C. de jur. delib. inde *mos milita-
 ris habere pro ridiculo & fabula
 ambages judiciarias Alciat. in l.
 6. C. de pact. præsertim quoties*

*Inter mi-
 lites juris
 rigor non
 observa-
 tur.*

Casus aliquot, in quibus liberationes non admittuntur.

de libertate eorum agitur, cuius favor tantus est, ut facilem quamvis homines ad statum pristinum reducendi rationem ineundam esse J. Cti & H. latiores compluribus in locis submoneant, uti liquet ex l. 10. § 3. l. 20. § 3. l. 28. D. de stat. liber. l. 166. D. de regul. jur. &c. quæ huic dubietati profligandæ maximè inserviunt. Cæteroqui reperiuntur casus, quibus victores quondam gravius ulciscendi nacti causam, liberationes sive permutationes hujuscemodi admittere, recusarunt, quos etiam num vigorem aliquem retinere, & legum bellicarum instar observari quandoque comperimus.

Quo-

Quorum I. si captivi sermonis *1. Verbo-*
fœditate five verborum petu- *rum petu-*
 lantiâ, quæ innocentibus etiam *lantia.*
 sæpè noxam invexit, *Naz.* ad
 olymp. usi fuerint: convitia e-
 tenim, quæ aculeum quendam
 habent *Cicer. verrin. 3.* & acu-
 tissimos dolores movent, gra-
 viusque quam facta, imò ipsa
 morte acerbius excellentiores
 animi ferunt, cum jura punire
 permittant tot tit. D. & Cod.
 de injur. *N. A.* de Anno 1566.
 S causas injuriarum, quid ni
 polsit victor qui jus quæsitum
 armis ac vitæ necisque potesta-
 tem habet? *Arbenienses* obsessos
 in muros exsidentes & convitia
 jactantes levissimi sermonis
 gravissimâ poenâ sibi accivisse,

G 4 parum

parum enim abfuit, quin *Sylla* victor Athenas cædibus & cadaveribus oppletas, solo æquaret, *Plutarch.* velut singulare quoddam punitæ maledicentiæ documentum literis consecra- vit in libell. *ᾠρὶ ἀδολεχίας.*

2. *Exerci-
ta prius
sevities.*

2. Si prius datâ clade aliquâ *sevitiem exercuerint*, Quæ namq; iniustitia sive acerbitas est, si idem fiat in te, quod tu in alio feceris, ac patiare paria miseria- rum dolorumve spectacula, quæ aliis exhibueris *Gell. 20? 1. quod quisq; juris in alium statuerit, si eodem ipse jure utatur summam habere æquitatem & sine cujusq; indignatione justam.* decidit *Ul- pian. in l. 1. D. Quod quisq. jur. in al. quippè cum explicata le- gis sit invidia, ubi quis quod fe- cit,*

cit,
ulla
art.

qua
An

Qu
cog
suo
vel
egi
qui
un
in p
igi
un
co
un

cit, patitur, nec lex sit justior
 ulla, modulante *Ovidio* libr. i. de
 art. amand.

*quam necis artifices arte pe-
 rire suâ :*

quam si

*Auctorem feriunt tela retoris
 suam*

Anson. Epigramm. 17.

Quam, quod quisque alieno ex-
 cogitavit supplicio, excipit
 suo *Sen. controv. 10.* Etiam si hic
 vel ille in individuo crudeliter
 egisse demonstrari nequeat :
 quia unum sunt corpus hostes, ut
 unum corpus est exercitus l. 30.
 in pr. D. de usurp. & usucap. quod
 igitur ab uno corpore tanquam
 universis patratum, id idem,
 corpus velut singuli meritò lu-
 unt. *Bl. lib. 4. cons. 329.* Nam ut

G. 5,

iram

*Excusa-
tur quan-
doque vi-
ctoris a-
cerbior
ira.*

ira sæpiuscule actionum mini-
stra est & justitiã adfert, ita
& hic victoris ira culpæ expers,
si non nihil acerbior, tùm *ne quid
tale imposte- rum committant*: tùm
verò *ut ceteri ad crudelitatem
sint tardiores* & ultionis gravi-
tate absterreantur, quò respexe-
rè *Romani*, qui captos virgis cæ-
dunt & securi feriunt, quod sui
capti immolatiq; fuissent. *Liv.*
lib. 7.

*3. Belli
juris vio-
latio.*

*3. Si belli jura semel violarint. Nã
frusta leges invocat, qui con-
tra eas committit respondente
Tryphon. Jcto in l. 38. D. de mi-
nor: & stultitiæ est, eos servare
quorum perfidiã jam ante de-
ceptus sis, quod & Jctus pro-
bat in l. 7. §. 3. ibi, puto non facile*

ad-

admittendum eum, qui semel calumniatus est, D. de accusat. eum nihil non mali in eo sit praesumendum propter ingratitude vitium, qui semel dimissus, iterum contra liberatorem suum armatus, usque adeo ut veniam amplius mereri non debeat.

Si enim *gratitudo* non solum maxima virtus est, sed reliquarum omnium mater, ut lautâ oratione evincit *Cic. pro Planç.* Ecquis non *ingratitude* nec turpius quidquam, nec scelerestius fingi posse fatebitur? Haut latuit istud sacratissimos nostros *Nomothetas*, qui propter deterrimum vitium

G. 6

hoc

hoc manumissos sub seruitutem
 redegerunt l. 5; de jur. patr. l. 6.
 in t n. D. de agnos. liber. l. 70.
 D. de verb. signif. l. 2. C. de li-
 bert: nec non datorum induxe-
 runt revocationem l. 1. 7. & 9. C.
 de revoc. donat.

Barcepi
Victor, si
gloria cu-
pidus.

II. Parcet etiam facile vi-
 ctor si gloria cupidus, cujus sti-
 mulis omnes, qui nobiliora ge-
 runt pectora, insigniter excitari
 deprehendimus, quæque cum
 è virtutis radice oriatur, & i-
 psum solum lumine illustretur,
 non nisi virtute præstantibus
 contingit. Quid a. gloriosius, si
 manum supra verticem hosti-
 um habeat, uti loquitur *Enri-*
pid. in *Bachid.* pacem tamen
 non abnuere, & secum pensita-
 re quod, qui per nimiam vio-
 lens

lentiam imperia adfectant, subito erectiones subito elisiones sustineant. Sive diuturna non sit possessio, in quam gladio inducimur, statuente *Alexandro* apud *Curt* lib. 8.

Ut nimirum sciant universi illum & justè suscipere bella. & finire *Liv.* lib. 30. ac dare salutem hominibus, quâ unâ re accedunt homines ad Deum proprius, asserente *Eloquentiæ* *Principis* in orat. pro *Q. Ligario*. duriores suè casus ac tristiores fortunam humanitate Imperatoriâ mollire & contentum esse posse, si præter gloriam ex victis nihil sumserit. *Sen.* lib. 1. de clement. Quod multorum exemplis, qui gloriam & nominis celebritatem pluris fecerunt, quam opes, spolia & prædas
hosti-

nitutem
tr. l. 6.
r. l. 70.
C. de li-
induxe-
& 9. C.

cilè vi-
jus sti-
ora ge-
excitari
e cum
ur, & i-
stretur,
antibus
osius, si
n hosti-
ur *Enri-*
tamen
pensita-
am vio-
lenta

hostiles, utpote M. *Curii Dentati* ex *Plin.* de vir. illustr. cap. 33. L. *Pauli AEmil.* ex *Val. Maxim.* lib. 4. c. 3. *Catonis & Themistoclis.* ex *Plutarch.* &c. probat *Camerar.* part. 1. meditat. histor. cap. 78.

Tutum (b) *Tutum* respiciet, quoti-
respicit vi- es vim fortunæ sibi proponen-
etor, sibi do, quam infidâ fiduciâ se extol-
fortune lant, quamque duram adversus
inconstan- se legem constituant, qui ob-
tiam pro- res secundas in bello superbi-
ponens. unt ac præsentem credunt fortu-
 næ, que semper maximas res pro
 libidine versat *Polyb.* lib. 2. apud
 animum reputat, & illam ipsam
 fortunam, quâ adspirante res
 tam prosperè gessit, vereatur,
 atque ideò nihil tumidè, & vio-
 lenter consulat, cum quid serus

ve

vehat vesper incertus sit *Liv.*
 lib. 45. dec. 8. & quivis beatus
 versâ fortune rotâ ante vesperam
 queat esse miserimus *Ammian.*
 lib. 26. Circulus n. rerum huma-
 narum est, qui perpetuò eos-
 dem felices esse non sinit *Hero-*
dot. lib. 2. Quocirca tam incer-
 tam esse humanæ vitæ conditi-
 onem, tam pronam in lapsum,
 ut tum maximè concidat, cum
 se stare putat, rectè notat *Sabell.*
 88. & varios semper successus
 habere mortalium negotia que-
 ritur *Ambros.* contra *Symmach.*
 nec non omnia quæ agim⁹, mil-
 le subjecta esse casibus respon-
 det *Scipio* ad *Annibalis* oratio-
 nem apud *Liv.* lib. 30. dec. 31. at-
 qui fortunæ felicitatem instabi-
 bilem admodum & mutabilem
 in

in tantum esse, ut difficile sit, vel
 in quantum vis beatis hominibus
 asserere, quam diu hæc ipsis sit
 duratura monet *Halycarnas. an-*
tiq. Rom. lib. 4. Quando qui-
 dem quos diu persecuta & plu-
 ribus ornavit, repentè velut fa-
 tigata destituere & ad durio-
 rem casum reservare: *Cæs. lib. 4. de*
bell. civil. & laureatis etiam fo-
ribus vestem atratam induere
Polyb. 38. iisvè, quos indulgentis-
simè fovit, infestius irasci consue-
vit Sabellic. 7. 8. Quod *Darius*
 apud *Curt. lib. 4.* breves & mu-
 tabiles esse vices rerum, fortu-
 namque simpliciter nunquam
 indulgere pronuntians tristi ex-
 perimento suo testatum reli-
 quit: Quibus sapientissimo-
 rum virorum dictis ac monitis.

Poeta

Poeta
 sim ca
 quide
 Fortu

Sempe

Et su

Et Ho

Fortu

Luda

trans

Nun

In

granc

euent

lum c

gum. i

rum

nes ef

Poeta demum oraculis suis pas-
sim calculum addunt, *Ausonius*
quidem,

Fortuna nunquam sistit in eodem
statu:

Semper movetur, variat & mu-
tat vices,

Et summa in imos vertit, & ver-
sa erigit.

Et *Horatius* lib. 3. Ode 29.

Fortuna saepe lata negotio,

Ludam in solentē ludere pertinax,

transmutat incertos honores,

Nunc mihi, nunc aliis benigna.

In primis fortunam in bello
grandes habere vires variosque
eventus: & nunc hunc nunc il-
lum consumere gladium 2. *Nuspian*
fortuna
gum. II. & paucis momentis re. *minus*
rum magnarum commutatio- *respondet*
nes efficere *Caesar* lib. 3. de bell. *quam in*
gall. *bello.*

*Simoneti
Ducis bel-
li prudens
observatio.*

ac Martem sæpè spoliantem,
jam & exultantem perculisse ab
abjecto *Cic. pro Milon. nec*
non sæpè illum pedibus ejus ad-
volutum, quem à suis repulit
Senec. de ira lib. 3. Simonetus Dux
apud *Jovian. Pontan. hist. lib. 1.*
prudenter observavit, *Equidem*
inquiens, non magis à magistro
aliquo in scholis, quam ab ipso u-
su, qui actionum humanarum
optimus est & sapientissimus Ma-
gister, doctus adfirmare audeo, qui
jam sexagenarius militiam, quam
capi adolescens sequi adhuc sequor,
hoc interim tempore à me animad-
versum fuisse, non semel etiam le-
vissimum casum ex victo victorem,
& victore victū exercitum reddi-
pisse. Quæ omnia experiētissim⁹
Hannibal. vim, prudentiam &
feliciter Ducis & exercitus
ad-

adversarii metuens apud Liv. lib.
 30. decad. 30. Scipionem pugnam
 & absolutam victoriam spiran-
 tem uberioribus verbis admo-
 nuit, *Potest victoriam malle quam
 pacem animus. Novi spiritus ma-
 gnos magis, quam utiles, Et mihi
 talis aliquando fortuna affulsit.*
 Quod si in secundis rebus bonam
 quodq; mentem darent Dij, non so-
 lum ea quae evenissent, sed etiam ea
 quae evenire possent, reputaremus,
 Vt omnium obliviscaris aliorum, satis
 ego documenti in omnes casus sum:
 quem modo castris inter Anienem
 atque urbem vestram positis,
 ac jam prope scendentem Romana
 mania videras, hic cernis duobus
 fortissimis viris fratribus, clarissi-
 mis imperatoribus orbatum ante moe-
 nia prope obsessae patriae, quibus terram
 vestram urbem, ea pro mea deprecatur.
 Maxi-

Maximæ cuique fortunæ minime credendum est. In bonis tuis rebus, nostris dubiis tibi ampla ac speciosa danti est pax: nobis petentibus, magis necessaria quam honesta, Melior tutiorque est certa pax, quam sperata victoria, hæc in tua, illa in Deorum manu est: ne tot annorum felicitatem in unius hora dederis discrimen, cum tuas vires, tum vim fortune Martemque belli communem proponere animo. Vtriusque ferrum, corpora humana erunt: nunquam minus quam in bello eventus respondent. Non tantum ad id quod datâ pace jam habere potes, si prælio vincas, gloriæ adjeceris: quantum ademeris, si quid adversi eveniat. Simul parva ac sperata decora unius horæ fortuna evertere potest.

Omnia

Omnia in
statis sunt
da fortuna
runt. In
tisque exe
in hac e
pacem p
nostris:
felicitate
efferent
tius elat
Est qui
petit, co
forsitan
bis met
Quod
Alphon
tus, qu
histor
tag. li
neque

Omnia in pace jungenda tuæ pote-
 statis sunt P. Cornel. tum ea habenda
 fortuna erit, quam Dii dede-
 rint. Inter pauca felicitatis virtu-
 tisq; exempla M. Attilius quondam
 in hac eadem terra fuisset, si victor
 pacem petentibus dedisset patribus
 nostris: sed non statuendo tandem
 felicitati modum, nec cohibendo se
 efferentem fortunam, quanto al-
 tius elatus erat eò, fœdius corruit.
 Est quidem ejus qui dat, non qui
 petit, conditiones ducere pacis: sed
 forsitan non indigni sumus, qui no-
 bis metipsis misericordiam irrogemus.
 Quod etiam probè intellexit *Alphonsi*
Alphonsi Arrogoniae Rex incli- *Regis ple-*
 us, qui referente ex *Barth. Facij* *na huma-*
histor. lib. 8. Eliæ Reusnero *nitatis*
tag. lib. 3. cap. 2. neque naturæ *sententia.*
 neque consuetudinis nostræ est
 sapi-

sapienter dixit, petentibus pacem negare: idque semper impium & inhumanum duxi. Quis enim tam demens, qui, si possit pacifruui, malit bello contendere?

Ultio meritum non excedat.

(c) A qua omnis ultio; quæ meritum non excedere; sed cum delicto commensurari l. 22. C. de poen. & pro modo cuiusque commissi debet constitui Jason in l. final. C. de jur Emphyt. ita, ut ubi major culpa est, ibi quoque major poena infligatur l. 11. §. 12. D. ad l. Jul. de adult. l. 4, D. de incend. naufr. Ita tamen, ne vindicta perniciosior sit, quam si scelera impunita relinquantur, quod in Syllana ultione improbat *Lucanus libr. 2.*

Sylla

Sylla quo

Ille quo

Hausit,
m

Excessit

un

Qua m

Nan

leges,

quem a

lex ande

Curt. lib

dat, no

tiones

victus

les tam

injuria

tatis f

toleral

Sylla quoq; immensis accessit cla-
dibus ultor:

Ille quod exiguum restabat san-
guinis urbi,

Hausit, dumq; nimis jam putrida
membra recidit,

Excessit medicina modum, nimi-
umq; sequuta est

Quâ morbi duxerê manus.

Nam licet dari à victoribus
leges, accipi à victis soleant,
quemadmodû magnanimus A-
lexander Dario respondebat
Curt. lib. 4 & quidem ejus sit, qui
dat, non qui petit pacis condi-
tiones dicere, ceu Annibal jam
victus profitebatur Liv. lib. 4. ta-
les tamen esse debent, ut sint
injuriæ illatæ solatium & securi-
tatis futuræ arrha, id est, æquæ,
tolerabiles, & victis quoq; utiles;
Vtili-

Tolerabi-
les sint
leges quæ
dantur à
victore.

Utilitas certè omnis si abfuerit, infirmius erit coagulum, quam ut male materiata vincire ac continere possit amicitiam. Si quidem duris conditionum nodis implicatus & læsus supra meritum non erit tranquillus: ast concupiscet vindictam semper & legibus oppressus immisericordibus durabit sub onere tantisper, dum obtemperandi cesset necessitas. *Ne credideris inquit pars melior Senatus R. ullum populum, aut hominem deniq; in ea conditione cuius eum peniteat, diutius quam necesse sit, mansurum, apud Liv. lib. 8.* Vivet semper in pectoribus, quidquid istuc præsens necessitas inusserit, & in tempore clamabunt miseram pacem vel bello

bello
ait P.
fuit, at
am: r
Tullius
cessita
& truo
ce in
nymus,
non
tuunt
confer
cipia
atque
Thales
nuit p
Φιλοσ
τάκη
Quare
tem i
pingui
dum lo

bello bene mutari. Eam pacem *Perpetua*
ait P. *Æmylius* necessitas impo- *non est*
luit, atque idcirco non perpetu- *pax, quam*
am: rationem istius reddunt *necessitas*
Tullius, dum abominandæ ne- *ἰσχυρῶς.*
cessitatis leges amarissimas esse
& truculentissima imperia edo-
cet in lib. 2. de offic. & *D. Hiero-*
nymus, dum quod necessitate fit,
non durare, ac citò solvi sta-
tuunt. relat. in c. 27. dist. 5. de
consecrat: quippè cum ejo prin-
cipia dura, rigida, & sæva sint,
atque invitos urgeant Quod *Jura sub-*
Thales Miles. apud *Plutarch.* in- *veniunt*
nuit *περὶ τῶν ἀρεσκόντων τοῖς* *in necessi-*
Φιλοσόφοις lib. 1. *ἰσχυρότατον ἀ-* *tate con-*
τάγην κρατεῖ γὰρ τῆς πάντος, *stitutis.*
Quare etiam præter volunta-
tem in necessitate constitutis
pinguius faciliusvè subvenien-
dum leges præcipiunt, quam eis

H

qui

qui actum voluntarium exer-
cent l. 7. §. si necessaria 1 & ibi-
dem communiter Dd. D. Qui sa-
tis d. cog. in tantum ut à rigidi o-
ricos juris sententia nec non
ordinaria pœna plerumque ab-
solvant cap. 2. de observ. jejun.
cap. 1. de consuetud. cap. si quis
propter necessitatem 3. Ext. de
furt. Quia

ὑπὸ τῆς ἀνάγκης πολλά ποι-
σμεν κακὰ, Menander

-- -- Et figit adamantinos

Summis verticibus dira necessitas
clavos.

Horat. lib. 3. ode 24.

Quæ omnia feroci licet, verò ta-
men responso *Privernatium* le-
gatus in Curia Romana interro-
gatus, qualem ab ijs pacem ex-
spectarent, constabilivit, si æ-

quam

quam & bonam dederitis, fidam
 & perpetuam. si malam, haut diu-
 turnam Liv. d. lib. 8. veriloqui-
 um igitur est, quod idem *Senatus*
 ibidem censuit, istic pacem esse
 fidam, ubi voluntarij pacati
 sunt, neque ibi fidem, ubi ser-
 vitutem esse velint, sperandam
 esse.

Quod tamen, hoc moderami-
 ne accipiendum, si eosdem, qui
 lacefferint, injuriæ suæ pœnitet,
 pacemq; datam candidè exoscu-
 lantur. Quâdo etenim refractari
 fuerint, victis varias machinas,
 quib9 leviusculum jugi impositi
 pond9 excutiant, subdole fabri-
 cantes, non tam cohibendæ,
 quam laxandæ ultionis & ira-
 rum habenæ; ut scilicet, quan-
 do voluntas mala auferri
 nequit,

Mitius æ-
 ger dum
 cum iis qui
 datam pa-
 cem can-
 didè acci-
 piunt, ali-
 as secus.

*Prudens
actum
Cyri.*

nequit, faciendi malè facultas auferatur. Velut prudenter quondam *Cyrus* fecit, qui *Lydis* & præcipue *Sardii* post *Crœsi* captivitatem iterum deficientibus arma pariter & equos ademit: vestitumque gestare muliebrem, coegit, nec amplius ad equitandum aut jaculandum exerceri permisit: sed texere, tibiis canere, & cauponam exercere omnes compulit: ut hisce studiis animi illorum mollescerent & effæminarentur. *Herod.* lib. i. Inquam sententiam quoque *Lentulus* olim consulebat apud *Appian.* in *Lybic.* quoniam hostis perfidiam, quæ semper timenda, non possumus tollere, ante omnia debilitemus potentiam. Duo siquidem præcipuè ultio præ-

*Lentuli.
consilium.*

præf
à pu
com
ut ac
lib. i.
tum
de q
terit
ut t
Qua
saru
mod
quu
ros a
tatis
quar
lios
Perr
præc
qui p
cyræ

præstare debet, securitatem scilicet
 à punitis, ne quid tale postea
 committant, & metum in aliis,
 ut ad injuriam sint tardiores *Cic.*
lib. 1. offic. Quod probè cogni-
 tum perspectumq; fuit *Cæsari*,
 de quo *Dio lib. 38.* Non adeò præ-
 teritorum gerebat curam, quam
 ut tutus imposterum esse posset.
 Quare fecit multis gratiam offen-
 sarum gravissimarum, at levi ad-
 modum fuit vindictâ contentus,
 quum crederet illos sibi tēperatu-
 ros à maleficio: contra verò securi-
 tatis suæ causâ multos acerbius,
 quam res ferebat ultus est, ut a-
 lios supplicii gravitate absterreret.
 Pertinet huc perelegans *Polybij*
 præceptum *lib. 3.* Oportet eos,
 qui præfunt rebus, nihil magis
 curare, quam, ne lateat eos,

Julius
Cæsar
 magis fu-
 turorum,
 quam præ-
 teritorum
 curâ soles-
 ter gessit.

Polybii
 præceptū.

*Præsidia
quando-
que
imponen-
da victis.*

quo sint animo, qui aut bella
finiunt, aut amicitias constitu-
unt: quando temporibus ce-
dentes, & quando reverâ animis
fracti pacem ineunt, ut illos
quidem, tanquam subseffores
& infidiatores observent atque
caveant: istis autem fidem ha-
bentes, tanquam verè subditis
aut amicis, quid evenerit, impe-
rent atque præcipiant. Securius
igitur ut sit victor, imponat vi-
ctis *præsidia* quæ hos humiles ef-
ficient & maximè subiectos, do-
nec in obsequium coactas vo-
luntates & solidam coaluisse fi-
dem senserit.

(d) Honesti rationem habebit
victus, si turpem sibi & ignomi-
niosam non tam pacem quam
servi-

servi
patia
com
xère,
gum
dam
pro
ginta
pro
los a
insu
ribus
quer
Paul
volu
fisse
mil.
firm
mæ
mom
omni

servitutis pactione obtrudi hant
 patiatur, nec cum ignaviâ, quâ
 complures imperia sua deco-
 xere, hosti ilicò hastâ abjectâ ju-
 gum subdat, velut ignavus quō-
 dam *Nicephorus* Imperator, qui
 pro incolumitate Imperii tri-
 ginta millia nummum aureorū,
 pro salute capitis 3000. in singu-
 los annos Persis pactus, oblati s
 in super multis magnisq; mune-
 ribus. Et *Perseus* Macedoniae Rex,
 quem acceptâ aliquâ clade ad L.
Paul. AEmilii pedes abjectè pro-
 volutum degeneres voces emi-
 sisse narrat *Plutarch.* in vit. *Æ-*
mil. non reputantes, quam sit in-
 firmi ingenii lapsu aliquo sum-
 mæ rei diffidere: cum *exiguis*
momentis subitò *inclinentur o-*
omnia, quæ in bello geruntur,

Turpis &
ignominio-
sa pax
vitanda.

Nicepho-
rus igna-
vus.

Perseus
degener.

*Honor
cunctis
rebus an-
referen-
dus.*

Egesipp. lib. 4. cap. 2. & quomodo
Mars communis & victum sæ-
pè erigat & affligat victorem.
Liv. lib. 8. Honor namque cun-
ctis rebus præferendus arg. l.
Julianus 26. D. Si quis omis.
caus. test. ita quidem, ut bonis
viris iste metus major quam
mortis esse debeat, definiente
Paulo in l. 8. §. 2. D. Quod met.
caus. Vnde *Collatinum* honesti-
ora suadentem probarunt ma-
gis Romani, quam *Brutum* qui
utiliora suadebat *Dionys.* lib. 2.
Et quanquam pax etiam injusta
utilior sit bello justissimo, ut
scripsit *Cic.* ad *Attic.* lib. 3. epist.
14. non quidem verè: sed mol-
liter, ut potè qui in civili illa
Cæsaris & *Pompeij* dissensione
desperare de *Repub.* videbatur,
eum

eum
at: tu
intole
gnavi
velut
strem
mori
tatur
cum
dum
vien
quo
Tacit
vel be
Liviu
bellu
Polyb
stè,
pace
conf
& a

eum alibi diversum longè senti-
 at: *turpis tamen est & noxia imò
 intolerabilis, quam servitus vel i-
 gnavia infamat.* Servitutum enim
 veluti malorum omnium po-
 stremum, non modò bello, sed
 morte etiam repellendum hor-
 tatur *Cic. Philipp. 2.* videturque
 cum dignitate potius caden-
 dum, quam cum ignominia ser-
 viendum. Idem *Philipp. 3.* cum
 quo optimè conveniunt, quæ
*Tacitus, semper miseram pacem
 vel bello bene mutari, annal. 3.* Et
*Livius, ignominiosæ paci infelix
 bellum præferri, lib. 5. & deniq,
 Polybius, nihil faciendum inju-
 stè, aut patiendum turpiter, ut
 pace frui valeamus lib. 3. literis
 consignavere. Erectum itaque
 & animi fidentem victus, ne in*

*Ignomini-
 niosæ paci
 infelix
 bellum
 præponen-
 dum.*

H 5

tam

*Uniq præ-
lij eventu
non pavesc-
endum.*

tam foedæ servitutis barathrum
cum extremo contemptu detur-
betur, sese ostendere *Tacit. 4.*
annal. nec unius prælii eventu
pavescere, sed rebus *adslictis bi-*
laritatem de industria simulare, &
adversas adumbratâ letitia ab-
scondere Polyb. lib. 24. novos in-
super delectus, nova quærere
auxilia, vires reparare, omnia
experiri, & nullum, quod ali-
quam salutis spem ostendit, pe-
riculum recusare debet, imitat
angues, qui obtrito capite, po-
stremû caudâ minantur, & plus
fiduciæ in belli causa sive æqui-
tate, cui propitius superûm fa-
vor adesse consuevit, quam ap-
paratus robore collocans, ut sa-
lubriter monet *Dio Cass. lib. 10.*
revocatis in memoriam exem-
plis

plis 7
apud
Theb
nopho
Aimo
z. cap
poli
lioru
conf
quoc
tissim
COR
volv
rori
ea, c
exsp
desp
tur
sâ e
for
fud

plis *Jonathæ* 1. Reg. 14. *Aetolorum*
 apud *Justin.* lib. 24. *Epaminonda*
Thebanorum Ducis apud *Xe-*
nophont. lib. 7. *Saxonum* apud
Aimonium de *Igest.* Francor. lib.
 2. cap. 27. *Ferd.* *Arragonii* *Nea-*
politani. Regis apud *Jov.* lib. 3. a-
 liorummè cōplurium, qui non
 constantiæ modò, sed vividæ
 quoque virtutis famam arden-
 tissimè defensuri ab audacia
 consilium cepêrunt, animo re-
 volventes, usq; adeo maximis er-
 roribus res humanas intricari, ut
 ea, quæ in expectatione sunt, in-
 expectato exitu terminentur, &
 desperata res feliciter subleventur
Nic. Gregor. lib. 6. numero-
 sâ exercitus & apparatus famâ
 formidabiles parvâ sæpe manu
 fuderunt.

Desperata
res sæpè
cadunt
feliciter.

H 6

At

At verò hæc ita cum sese habeant, non absque causa dubitari potest, *Num Principi in dedecus hoc imputandum, si in extremas adactus angustias vel pretio vel precibus apud victorem obtinere pacem contendat?* Quantumvis plerique non duntaxat ignavum hoc & vile; sed & omnino indecorum ac animi magnitudini, quæ sola velut omnium virtutum decus Principem in summo honoris gradu collocat, maximè inconueniens autument, si instar bestiarum imbellium, quibus natura bilem ademit ut Cervis & columbis: aut quas blanè exarmavit, ut lepotes, fugâ quasi salutem quærere quam fortia pectora hostium insultui opponere, ac argenteis
quam

Ratio dubitandi

quar
lit, su
robu
se inc
tis sp
etiam
mas
tame
ant, j
lij, Sa
& in
tur u
solun
esse c
quam
tante
in on
quod
gari
licâ o
ri, Am

quam ferreis pugnare telis ma-
 lit, suisque potius nervis fulcire
 robur hostis, atque coram illo
 se incurvare, cui fortè dignita-
 tis splendore coæquandus, aut
 etiam præferendus: quam ulti-
 mas vires suas periclitari: At-
 tamen cum *utilitati omnia pare-* *Deciden-*
ant, juxta tritissimum illud *Tul-* *diratio.*
lij, Salus populi suprema lex esto,
 & in bello potissimum specte-
 tur utilitas, usque adeò, ut non
 solum Senatus R. insanorum
 esse constituerit, decoro magis,
 quam saluti consulere, anno-
 tante *Halycarnass* lib. 6. sed etiam
 in omnibus ferè gentib9 vox sit
 quodammodò naturæ, ut subju-
 gari malint victorib9, quam bel-
 licâ omnifariâ vastatione dele-
 ri, *August. de civit. Dei lib. 18.*
 Utili-

Utilitas autem publica ab honestate nunquam disiuncta sit, docente *Philosopho* lib. 2. Rhetor. ubi definit; honestum, quod respicit communem usum, quo cū conspirat *JCT9* qui saltem, quod expedit honestum esse, reputat in l. 144. D. de regul. jur. ignominia labem, si tanto hosti se impari, nec salutis publicae alia ratione opem ferri posse videat, Principem Christianū, qui pacem unam innumeris potiorum triumphis judicare, eamque omnimodis persequi debet, quandoquidem ut *Prudentius* Christianè cecinit,

*Princeps
Christi-
ano pacem
triumphis
potiorem
facit.*

Nil placitum sine pace Deo.

Sibi non adfricare verior mihi
vide

vide
cum
um
bile
velut
peric
tepon
de d
ori
grati
bene
quas
esse
tenta
Herc
lib.
verò
est
stam
pro

videtur sententia. Præsertim
 cum omnium verè opimanti-
 um sententiâ, *quoties inevita-
 bile vel corporis vel fortunarum
 velut in naufragâ rate imminet
 periculum, utilitas honestati an-
 teponenda sit, nec turpe, sed lau-
 de dignum judicetur sublimi-
 ori se submittere, atque ejus
 gratiam vel maximo potius
 beneficio emere, quam vires,
 quas calamitas fortè residuas
 esse voluit, gravissimâ jacturâ
 tentare, ut præclare sentit
 Herennius apud Valer. Max.
 lib. 7. cap. 2. Sublimior
 verò habetur, qui potentior
 est, ita Bl. in c. de pace Con-
 stant. verk. ego, & in rubr. D.
 pro soc. Atqui potentiores
 accir-*

one-
 do-
 etor.
 d re-
 o cū
 quod
 putat
 omi-
 e im-
 aliâ
 vide-
 qui
 otio-
 amq;
 quâ-
 Chri-
 o.
 mihi
 vide-

accipere debemus eum, qui eo tempore potentior est, sive bellico molimine alterius sublimitatem & potentiam excedit, quò controversia vertitur; non autem eum, qui olim potentior fuit. *Qualitas enim potentie adjuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi, sicq; de presenti, non de praterita & jam finita potentia* arg. l. 4. § 1. D. de nox. act. Br. & alij in l. ex facto 43. D. de vulg. & pupill. subst. *Ferdin. Vasq.* in præfat. illustr. quæst. num. 32. Sed quin victor in specto tempore, quo in litis bellicæ argumento de sua & litigii causa pro lubito sententionari potest, victumq; in suam manu habet, potentior sit, nulli omninò definit esse certum & indubitatum.

Ex

E. &
Athens
facult
tatem
nisi in
fisse fe
extrem
tere pa
tere.

(e)
& ven
nis hab
callid
one a
fallen
de dol
pacem
sine n
exigu
ulla d
ritas &

E. & sublimior erit. Vnde
Athenienses quoties ad ultimam
 facultatum viriumque necessi-
 tatem adducti fuere, nusquam
 nisi in *pulla veste* foedus percus-
 sisse ferunt, non erubescentes in
 extrema calamitate sese submit-
 tere pacemque ab hostibus pe-
 tere.

*Athenien-
 ses in pul-
 la veste
 pacem pe-
 tunt.*

(e) Id est, simplicem, puram
 & veram pacem, sive ut *Labeo-
 nis* habet definitio, absque omni
 calliditate, fallacia, machinati-
 one ad circumveniendum vel
 fallendum factum, in l. 1. § 2. D.
 de dol. *Psalmista* consilio, qui ita
 pacem exoptat, ut justitia, qua
 sine non solum Respub. sed nec
 exiguus hominum coetus, nec
 ulla domus constare potest, ve-
 ritas & pax se invicem osculen-
 tur

eo
 bel-
 mi-
 quò
 au-
 ol
 ad-
 un-
 sen-
 t
 ox.
 43.
 Fer-
 æst.
 spe-
 licæ
 cau-
 po-
 bet,
 les-
 um.
 Ex

*Fucata
pax bello
perincio-
sior.*

tur Pſal. 85. v. 11. Ficta enim fucata & infidiosa pax quid aliud est, quam sub pacis nomine involutum bellum, & sub salutaris medicamenti specie pestilens venenum *Guicciard. lib. 15. histor?* Quam hominum plerique pacem nominant nudum & inane nomen est, re ipsa vero bellum irrecōcilia ciliabile, inquit *Plato lib. 1. de ll.*

Nempe velut pueris absynthic intra Medentes.

Cum dare conantur, prius oras pocula circum

Contingunt mellis dulci flavoque liquore,

Ut puerorum atas improvida ludificetur

Labrorum tenus, interea perpetet amarum

Absynthi laticem Lucret. 1.

Sig

Sic am
nefari
lum p
occaf
uti ap
tius Sa
Roma
scum p
vobis
ritam
fraudi
9. pa
quent
pecto
sub ar
inimic
non e
fictus
vitare
fallac
lib. 12
cuivis

Sic amicabili pacis nomine astra
 nefaria per plures tegunt & bel-
 lum positum simulant, ut per
 occasionem incautos invadant,
 uti apud *Liv.* conqueritur *Pon-*
tius Samnitum Imperator de
 Romanis, *pacem* inquiens, *nobi-*
scum pepigistis, ut legiones captas
vobis restitueremus, eam pacem ir-
ritam facitis & semper aliquam
fraudi juris speciem imponitis lib.
 9. pacem cum proximo lo-
 quentes, cum mala interim sub
 pectore volvant *Psal.* 28. v. 3. &
 sub amicitiae praetextu, quae sunt
 inimica, gerant *c. r. dist.* 93. Vnde
 non est crudelior hostis, quam
 fictus amicus, siquidem facilius
 vitare discordem quam declinare
 fallacem *Luc. de penn.* in tit. ult. C.
 lib. 12. Quemadmodum v. tuta pax
 cuivis bello etiam justo est praer-
 ferenda

*Tutius
bellum su-
spectâ
pace.*

ferenda, adeò ut ne magnæ qui-
dem prosperitatis inexpectato
eventu recusari debeat oblata:
sicut copiosè *Lacedom.* Legati
in cõcione ad *Athenienses* dispu-
tant apud *Thucyd.* lib. 4. ita è di-
verso *suspectâ pace*, quæ labiis
prædicata non convenit cum a-
nimi voluntate c. 12. dist. 93. &
Chartis illita, in corde non est
radicata c. 25. 11. quæst. 1. *tutius a-
pertū bellū est*, quippè cū aperta o-
dia armaque palam depelli que-
ant, fraus & dolus obscura eo-
que inevitabilia sint, ut milites
R. in *Hordeonium* seditiosi non
malè sentiunt apud *Tacit. histor.*
4. Debet igitur victus sedulò e-
niti, cum frequentius conven-
tionum pacisvè simulatio cre-
dulis, quam arma nocuerint, ceu
obser-

observa
lit. cap
biguita
dantur
omnes
errari
sè l. 91
æqui b
misa
folet l.
pos. at
ponan
rantion
ctibus
conf. 4
dixit X
filai la
est, cum
fas fide
reâ ves
Zonar.

observavit *Veget.* lib. 3. de re milit. cap. 3. ut fraudes absint, ambiguitates verborum circumciantur, & exceptiones cessent omnes juris subtilis, sub quo errari nonnunquam perniciosè l. 91. D. de verbor. oblig. & æquibonique ratione prætermisâ res ad vivum examinari solet l. 29. D. mand. l. 31. D. de pos. atque apertâ omnia componantur fide, quæ alias exuberantior in Principum contractibus requiritur *Alciat.* lib. 8. conf. 45. Magna etenim, ut rectè dixit *Xenophon* in orat. de *Agessilai* laudibus, & perpulchra res est, cum aliis, tum viro principi fas fidemque servare, & purpureâ veste indutum non mentiri *Zonar.* tom. 3. siquidem humilis

*In pacis
compositione verborum
ambiguitates
circumci-
denda.*

*Turpe
purpureâ
veste indu-
tum men-
tiri.*

lis parvique animi & servile-vitium est mendacium. Et cum sibi ab omnibus Principes credi velint, & violatam à subditis fidem acerrimè ulcisci soleant: ipsa autem fides ipsam plerumque obliget fidem dicente Liv. lib. 2. ecquid erit opus in eorum contractibus subtiliores attendere disputationes? Quippè cum non congruant hisce exceptiones de apicibus juris, qui volunt æstimari magnæ fidei Alciat. lib. 8. cont. 28. Alb. Gent. de jur. bell. lib. 3. cap. 14. quam ea ad manes & mortuos propemodum odio perfidiæ demigrasse videatar Apul. asin. aur. lib. 4. Romani ædepo ut in omni alia re, ita hic nimium cautè cum negotium sibi cum perfidis

Romano-
rum cau-
tela.

perfid
rent,
ducia
entib
tentib
datae.
peten
lib. 19
tente
trarum
sunt a
quam
antiqu
repet
qui p
miser
ac po
stitisse
6. n. 6
præte
Anax
dieru

perfidis nominibus esse intelligerent, non pacem inibant, sed inducias saltē paciscebantur. *Veientibus* inquit *Liv.* lib. 1. pacē petentibus in centū annos induciæ datae. Idē lib. 2. induciæ *Veientibus* petentibus in 40 annos datae. Idē lib. 19 *Heturia* populi pacem petentes in an. 30. inducias impetrarunt. Cur ita? Quia *sacratiores sunt ac minus violabiles induciæ quam pax ipsa*. Nam si quis omnē antiquitatis ac bellorū memoriā repetat, profectō reperiet eorū, qui pactas inducias violarunt, miserrimos exitus & civitatibus ac populis calamitosissimos existisse, *Bodin.* lib. 5. de *Repub.* cap. 6. n. 617. Exēplū hujus rei præbet præter alios luculentū *Cleomenes* *Anaxandridæ* filius qui cū *Argivis* dierū aliquot pactus inducias,

ubi

Induciæ sunt sacratiores pace.

e-vi-
cum
cre-
ditis
ant:
nque
lib. 2.
con-
dere
cum
otio-
vo-
Alci-
t. de
uan-
tuos
fidia
asin.
ut in
ium
cum
rfidis

ubi explorasset tertiâ eos nocte
 somno indulgere, fiducia indu-
 ciarum securos adortus, partim
 interfecit, partim captivos abdu-
 xit. Et cū probro illi daretur ju-
 risjurandi violatio, sub fraudu-
 lentâ verborum interpretatione
 excusationis latibulum quæ-
 rens, *diebus* inquit, *pactus sum,*
noctes non sunt additæ. Verum ul-
 tionem divinam haut effugit,
 nam & Argis (quorum occu-
 pandorum gratiâ fidem fefelle-
 rat datam) non potitus est, eò
 quod mulieres Argivæ detractis
 è templis Deorum armis i-
 psum propulsarint, & postmodò
 mente captus arrepto quodam
 cultro à talis usque ad lethali-
 bus oportuna vulneribus loca
 sese dissecuit, & sic inter riden-
 dum

*Cleomenis
 perfidia
 punita.*

fese dist
 dum &
 halavit

Q. Deyl

(f)

belli h
 mature

incand

p!o Abr

promis

men pr

diam in

endam

re suo d

rentio in

tuos ac

mus nos

terra co

me, s

bo dextr

ego ad si

sefedissecuit, & sic inter ridendum & ringendum animam exhalavit *Plutarch.* in lib. ἀπο-
 Φθέρη : λακωνικῶν.

(f) Utile respicient, si omnes belli hostilitatisque occasiones mature submoveant, antequam incandescant similtates, exemplo *Abrahami*, qui etsi habebat promissionem terræ sanctæ, tamen propter pacem & concordiam inter posteros suos sancendam maluit concedere de jure suo dicens ad Loth: *ne sit contentio inter te & me, inter pastores tuos ac meos, quia viri fratres sumus nos, numquid non unversa terra coram te est? separate a me, si tu ieris ad sinistram, tenebo dextram, si tu ad dextram ieris, ego ad sinistram ibo.* *Genes. 13.*

I

&

Utile omnes belli occasiones mature præscindere.

Exemplo Abrahami.

*In bello per
severan-
tem tria
comitan-
tur.*

*I Mora
bellica a-
gritudo.*

& velut in ipso limine militiæ
molestiis innumeris, sumptibus
ac malis defungantur. Nam in
bello perseverans, quid I. nisi
tædium ex mora, quam prudens
sæpe magis, atq; bellum ipsum
metuit *Liv. lib. 6.* & periculum,
ex properantia ipsum manebit?
Tacit. annal. 12. Præterquam e-
nim quod iidem hostes sæpius
impugnati & repugnare coacti,
tandem pariter bellicosi eva-
dant, victosq; eadem fortuna
belli artem doceat, nec non i-
gnaviam necessitas acuat Curt. lib.
5. solent, ut suâ lege declaravit
Lycurgus apud *Plutarch.* maximè
mortiferi esse bestiarum mori-
entium morsus, & rebus fractis
ultimæ hostium vires esse valen-
tio.

tiores
super
Vna sa

Quo
monst
Æncio
Numo

Troja

Invene

Sar

deject

furore

em, te

tè no

præsta

tus. N

stin. est

tiores, cum jam nil quidquam
superest, nisi

*Vna salus victis nullam sperare sa-
lutem.*

Quo spectant, quæ idem quasi
monstra bellica admiratur lib. 7.

Æneid.

*Num capti potuere capi? num in-
censa cremavit*

*Troja viros? medias acies medi-
osq; per ignes*

Invenere viam.

Sanè sic desperatio, non illa
dejecta quidem & vilis, sed quæ
furorem animis addit & rabi-
em, tenaxque propositum inul-
tè non moriendi, sæpè
præstat, quod nequit vir-
tus. Nobilis ille locus apud *In-
stin.* est lib. 20. ubi *Cortoniensium*

*Sepè de
speratio-
præstat,
quod ne-
quit vir-
tus.*

centum viginti millia à quindecim millibus *Locrensi*um acie superantur. Qui, paucitatem suam circumspicientes, omiſſà ſpe victoriae, in deſtinatam mortem conſpirant: tantusque ardor ex deſperatione ſingulos cæpit, ut victores ſe putarent, ſi non inulti morerentur. Sed dum mori honeſtè quærunť feliciter vicerunt, *Nec alia cauſa fuit victoriae, quam quod deſperaverant.* Et id genus plurima ſunt exempla. Quid nî il. ſe *immensis onerabit ſumptibus*, quorum myriades vix Arithmetica ſexplere poteſť, quemadmodum *Archidamus* belli Peloponneciãſi Dux peritiſſimus olim haut obſcurè indigitavit, dum quæſitus à ſociis quantum pecuniæ ad ſumptus belli-

2. *Sumptuũ immenſorũ magnitudò.*

belli
diſſe
ta, y
to no
Pluta
βαν
nim a
vires
quidq
enda
moſt b
vis m
ri, ade
nervo
præci
deatu
Hinc
ceſcit
tur, a
pecuni
ente,

belli tribuendum esset, respon-
 disse dicitur, ὁ πόλεμος ἔτε-
 ταγμένα σίεται, bellū defini-
 to non alitur emolumento, à
Plutarch. in lib. ἀποφθεγμ.
 βασιλέων καὶ στρατηγῶν. Vti e-
 nim alias rerum gerendarum,
 vires sunt pecuniæ, citra quas nil
 quidquam eorum, quæ confici-
 enda sunt, confici potest, *De-*
mosth. olynth. i. sic earundem,
 vis maxuma in negotio milita-
 ri, adeò ut qui primus rerum
 nervos pecuniam appellitavit,
 præcipuè bellum respexisse vi-
 deatur, *Plutarch.* in Cleomen.
 Hinc veritas effati illius elu-
 cescit, *Duobus quæritur. conserva-*
tur, augetur potentia: milite &
pecunia, quorum altero defici-
 ente, reliquum simul concidit,

Dio lib. 42. & scommatis illius,
 quod T. *Quinctius Flaminius* in
Philopomenen Achæorum Du-
 cem à peditatu equitatuq; præ-
 clarè, sed à nummis tenuiter in-
 structum jactabat *χειρας ἔχει*
Φιλοποίμην καὶ σκέλη, γαστέρα
ἔχει *Plutarch.* in apophth.
 Roman. quippè *velut ventricu-*
lus alimenta animalibus submini-
strat; sic pecunia exercitui *Warem-*
ab Erenb. lib. 1. de fœder. cap. 2.
 n. 27. qui solum spectat stipendi-
 um, quo præsentè fert opem, de-
 ficiente detrectat: atque ideo
 nemo virtute vel fortunâ maxi-
 mus Imperator res præclaras
 unquam bello gessit, si eum ar-
 tibus optimis imbutum pecuniæ
propria bellorum instrumenta de-
stitue-

*Pecunia
 propria
 bellorum
 instrumenta*

stituerunt, teste *Jovio* lib hist. 18.
 Proh Deum, quotquot ob sti-
 pendiorum defectum, & eduli-
 orum, quæ tanto exercitui alen-
 do sufficerent, penuriam ferro
 sæviorem, vel arma frigidè tra-
 ctare, vel tandem de manibus
 excutere, aut penitus re infectâ,
 uti olim *Lacedæmonii* ab oppu-
 gnatione *Sami* *Herod.* in Thal.
 redire domum, & proinde pa-
 cem antea repudiatam dehinc
 vexillis submissis anxie insequi
 fugientem coacti fuerunt! Fit
 namque interdum, ut *recurrant*
 eò homines & id cupidissimi pe-
 tant, quod paulo ante nimiâ per-
 tinacia atque arrogantia con-
 tempsere *Francisc. Patrit.* lib. 7.
 de regn. & reg. institut. tit. 14.

illius,
 ius in
 m Du-
 præ-
 ter in-
 es 'Xes
 asēpa
 popht.
 ntricu-
 bmini-
 Varem.
 cap. 2.
 pendi-
 em, de-
 e ideo
 i maxi-
 eclaras
 um ar-
 ecuniaz
 ta de-
 stitue-

*Occasio
lubrica est,
fidis ma-
nibus te-
nenda.*

*Augusti
C. Sapiens
decretum.*

*3. Facino-
rum atro-
cissimorū
multitu-
do.*

ignari quod sint Deorum volun-
tates mutabilissimæ, & occasio-
nem, ubi semel abierit, frustra
postmodum discedentem ac fu-
gentem implorari, ceu paulò
aliis verbis milites suos alloqui-
tur L. *Marcus* apud *Liv.* lib. 5.

Quapropter narrante *Suetonio*
cap. 25. *Augustus* Cæsar persapi-
enter negavit bellum suscipien-
dum, nisi *evidentissimè major e-
molumentum quam damni spes osten-
deretur.*

Quid nî III. denique impe-
dimenta adimet *atrocissimis faci-
noribus*, quæ bellicos tumultus,
non secus ac umbra corpus, se-
quuntur, *blasphemis nempe sor-
tillegiis, furtis, sacrilegiis, incendiis,
latrociniis, incestui, adulteriis, ho-
miciidiis, rapinis, monetarum ad-
ulte-*

*ultra
is assa
gisqu
lami
bus d
ad Pl
lib.2.
illust
9. Da
cap.
fasci*

*Furt
Insign*

*(g)
vinci
Salus
dem
petua*

ulcerationibus, monopolis, injuriis assassinis & longè peioribus magisque detestandis malis, & calamitatibus, quas vivis coloribus depingunt Isocrat in orat. 2. ad Philipp. August. de civit. Dei lib. 2. cap. 25. & lib. 3. cap. 10. Vasq. illustr. quæstion. lib. 1. cap. 10. n. 9. Dambouder. in prax. criminal. cap. 82. n. 1. & in unum quasi fasciculum comportavit Poeta

--- --- *dolus, arma, rapina,*

Furta, venena, neces, veneres, injuria, fraudes,

Insignes celebrant solenni laude triumphos.

(g) *Pacem nisi firmam efficis, vinci, an vicisse, quid retulit? Salust. de Repub. ordin. Ea siquidem pacis natura est, ut sit perpetua, sive ut, consulente Bl. lib.*

Pacis natura, ut sit perennis.

I 5

2. conf.

2. cons. 195 tranquillitatis perseverantia quærat, ne recidivis injuriis iterum ad arma veniatur; Quod ex illa *Quiritibz* usitata formulâ evidentius claret, *Romanis & Latinorum populis pax esto, dum cælum & terra eandem stationem obtinent*, *Dionys. Halyc. lib. 6* quan & alii populi usurpant apud *Herod lib. 4.* pacemque faciunt *Imp. R. & Persar. Rex sine termino apud Procop. lib. 1,* Morbos certè non curari exploramus, nisi radice eorundem evulsâ, cum ea, quæ post crisin in morbis relinquuntur, subversionem facere consueverint; dum humores à putrefactis tacti, & cineres putrefactorum relictî facile accenduntur, docente *Hippocr. lib. 6. epid. 2.* adeò ut recidivus morbus

bus
Sim
plen
licur
rie,
quid
lami
hala
fimi
ita q
tillu
pro
nov
ta hi
statu
con
Duc
tand
amie
in p
belli

bus cum prioripenè sit idem. Similiter pacem perpetuò, plenè & verè factam, relictâ qualicunq; belli renovandi materie, nullus sibi persuadeat. Siquidem ut tempestates, quæ calamitatem agris inferunt, ab exhalationibus & vaporibus levis-
simis excitari deprehendimus: ita quoque à minutissima scintillula, si negligentius habita, prorsusvè extincta non fuerit, nova bellorum incendia suborta historicorum fides passim testatur. Merito igitur *Tullus* in conveniendo cum Albanorum Duce, monebat, non tam cogitandû de sancienda in præsens amicitia, quam ne relinquatur in posterum ulla renovandi belli materia, *Dionys. lib. 3.*

Plena non est pax, relictâ renovandi belli materie.

Demosthenes pariter et si *Philippi* factum, quod cum *Atheniensibus* pace initâ intra *Pylas* progressus *Phocenses* contra pacis condiciones popularetur, non probaret, tamen suadebat pacem cum *Philippo* factam non rescindendam: ex re etenim *Atheniensium* fuisse pacem prius nunquam sancitam, quam semel constitutam abolere, & sopitas belli flammâs resuscitare, in orat. τῶν εἰρημῶν.

SECTIO. VII.

Causa Pacis sunt quæneque remotiores, finitimi, aut alij aliquo juris vinculo conjuncti Principes.

HActenus de causis internis cōstituendæ pacis:

cis :
quæ
à R
prin
ac f
TRA
five
(d) f
etia
TIS

(a
nere
taxa
omn
& in
qua
qual
quo
clusa

cis : sequuntur externæ ,
 quæ foris adferuntur , vel
 à REMOTIORI (a) quovis
 principe, vel à VICINO (b)
 ac finitimo, sive ille NEU-
 TRARUM (c) PARTIUM sit ;
 sive CONFOEDERATIONIS
 (d) sive RELIGIONIS (e) sive
 etiam CONSANGUINITA-
 TIS (f) nexu conjunctus.

(a) Qui longo à nobis iti- *Remotus*
 nere absens propter hoc dun- *quis dica-*
 taxat, quod communi gentium *tur.*
 omnium salutem consulendum,
 & in periculo versantibus, tan-
 quam unius magni corporis,
 quale est hoc, quod videmus,
 quo divina atque humana in-
 clusa sunt, membris, succurren-
 dum

dum sit, sive sponte suâ, sive alterius precibus excitatus: sive ab utraq; parte, si bellorum ambo pertæsi sint ad honorarium arbitrum denominatus per turbidum isthoc mare dexteritatis suæ favonio navim fluctuantem ad portum devehit, vel si mitioribus ventis tumida vela obsequi nolint, excitatâ rigidiori etiam tempestate ad littora compellit.

Quo uno facto à Principe nil præstantius, nil divinius peragi potest. Si enim *nullum ornamentum Principis fastigio dignius pulchriusq; est, quam illa corona ob cives suos servatos, attestante Seneca lib. i. de element. quo diademate exornandus, quibus encomijs ille illustrandus*

stran
etiam
rum
quasi
pago
sed i
regna
dio p
cavit

orum
antiq
syride
mani
mon
ret &
E
trocin
lorum
talis,

strandus, qui tot hominum
etiam peregrinorum & ignoto-
rum millia libertate vitâque
quasi donavit, & non solum
pagos, villas, vicos atque arces
sed ipsas urbes, provincias ac
regna belli diuturnioris incen-
dio peritura ab interitu vindi-
cavit?

Herculem proinde in De- *Cur Her-*
orum numerum jure retulit, *cules in*
antiquitas, quod *Procastem, Bu-* *Deorum*
syridem & alios tyrannos, hu- *numerum*
mani generis pestes orbisque *relatus.*
monstra, ubivis terrarum puni-
ret & domaret.

Et *Roma* orbis terræ pa- *Cur Roma*
trocinium, Regum & popu- *Regum &*
lorum portus splendidissimis ti- *populorū*
tulis, merito vocita quod *Senatū* *portus di-*
vel *Et a.*

*Contra
hominis
officium
est nemini
prodesse.*

vel remotissimis nationibus aliorum tyrannidi succumbentibus suppetias ferre solebat, teste *Tull.* lib. 2. offic. Quâ de causâ spurca omninò eorum sententia est, qui ad se omnia referunt, & sibi soli viventes, contra hominum officium, quod est alios juvare *Paul.* in epistol. ad Galat. cap. 6. v. 10. nemini profunt, quo nomine facundiæ princeps *Philosophos* arguebat olim, quod alteram æquitatis partem, nulli nocendo, implerent, alteram verò cum possent, non opitulando, desererent. Nam ipsa Naturâ rerum magistrâ, quæ in hac mundi Republ. hominum inter homines societatem latissimè patere, eosque nudos & fragiles generare voluit, ut à se
in

invi
mut
ta ut

Affeb

erud
regri
tùm
simu
mili
Nom

Mun
Qu
ratio
exten
lib 3.
lib. 6
tend
calle

invicem imbecillitatis auxilia
mutuarentur, seu ut verbis *Poe-*
tae utar,

-- --- *mutuus ut nos*
Affectus petere auxilium & præ-
stare juberet,

erudimur, ut ultro 'citroque pe-
regrinis etiam, non sociis tan-
tum aut propinquis commodi-
simus, Vnde *Claudian.* in re si-
mili,

Nonne vides operum qui se pul-
cherrimus ipse

Mundus amore ligat?

Quem dirimunt, qui civium
rationem ducunt habendam,
externorum negant, ut ex *Cic.*
lib. 3. de offic. descripsit *Lactant.*
lib. 6. Institut. cap. 6. Neque at-
tendendum, quod, qui à trito
calle deflectentes potioribus in
con-

Obiectio.

consilio hoc refragantur, ogganniunt, quasi culpæ reus fiat, qui rei, ad se non pertinenti, se immiscet ex responso *Pomponij* in l. 36. D. de reg. jur. cum alias alienum negligenti, velut *Jctus Paulus* decidit in l. 21. D. de hered. vel act. vend. nihil imputari possit: Sed potius is, qui alienis se implicat, incongrua confusio- nis materiem colligere dicatur, c. 2. distinct. 63. quando quidem minimè aliena res est humani- tatis habere rationem, sive ho- minum tueri rem & salutem; quia qui hisce stimulis impul- sus ad negotia aliena accedit, haut culpabiliter se ingerit, sed officium potius suum im- plet.

Refutatio.

Ita

Ita
cio
nis i
Hin
ta &
nat.
bata
nei
aliu
mici
defe
spua
& in
cere
natu
impe
39. D
qui
& pe
culpa

Ita enim censet Jctus, *beneficio affici hominem interest hominis* in l. 7. D. de serv. exportand. Hinc illa passim à Dd recepta & ab ipso *Carolo V.* in ordinat. Criminal. art. 150. approbata sententia, quod pro extranei defensione liceat impunè alium occidere *Jul. Clar. § homicidium n. 28.* etiamsi is, qui defenditur, defensionem sui respuat; dum scilicet ignorantis & inviti quoque meliorem facere conditionem nos posse naturalis simul & civilis ratio imperat, notante *Gaio* in l. 39. D. de negot. gest. adeò ut, qui alterius tuitionem negligit, & periclitanti non subvenit, culpam & crimen contrahat.

Obrecht.

Obrecht. de necess. defens. cap. 7.
 n. 42. præsertim, si commodè
 queat l. 109. D. de reg. jur. c. non
 in inferenda 7. 23. quæst. 3. ubi
Ambrosius statuit, *qui non repellit*
injuriam si potest, tam esse in vitio,
quam illum, qui facit, idque diser-
 tissimus ille Romanorum uberi-
 oribus verbis explicat, qui non
 defendit, nec obsistit injuriæ,
 tam est in vitio, quam si paren-
 tes aut amicos, aut patriam de-
 serat lib. i. offic Monitum *Syra-*
cid. est, exime eum, cui fit injuria, ex
manu injurij cap. 4. v. 19. quod
 hic aptari posse opinor. Atqui
 hæc si vera sunt in sortis privatæ
 hominib9, qui subsidijs destituti
 ad Judicium publicæ æquitatis &
 quietis ministrorum præsidia
 tutò confugere; eorundemve
 vin-

vind
 sunt
 ris fo
 mna
 qui n
 dem
 mo v
 ci ad
 moro
 opitu
 citis
 gè m
 rus, c
 ad in
 dant
 pera
 H
 jus d
 cipu
 solea
 duce

vindices exposcere manus possunt: quanto magis in excelsioris fortunæ viris, quorum damna & injurias, nisi ille demum qui nondum illatis felicem pedem obijcere potest, sarcire nemo valet. Et quanquam pauci admodum servent verum amorem, ejusque unius gratiâ ad opitulandum calamitate implicitis excitentur: contra ac longè maxumus eorum sit numerus, qui spe aliquid nanciscendi ad indigentis auxilium accedant, uti verè rescripsit *Leo Imperat.* in novell. 40.

Hoc tamen de Principe, cuius diversa fors est, cum ille præcipua rerum ad famam dirigere soleat, nec in eo, quod sibi conducere arbitretur, consilia stare patia-

Principes præcipua ad famam dirigunt.

patiatur, *Tacit.* annal. 4. non
 præsumendum, in casu potissi-
 mum manifestæ defensionis,
 quæ justissima est. Et sit ita,
 publico justitiæ & honestatis
 velamento nonnunquam emo-
 lumentum privati titulos occulta-
 ri, annè propterea latens, secun-
 daria seu inferior causa, pri-
 mam illam apertam & potio-
 rem tollet? Vulgatum istud logi-
 corum est: *Causa minor & contin-
 gens majori & digniori non præ-
 judicat, quod Jcti probant per
 text. peripicuum in l. 54. D. de
 judic. sic ædepol præcipuæ ho-
 nestatis & justitiæ intentioni,
 quam respicit alterius defensio,
 consuetariæ utilitatis ratio aut
 eventus nequaquam derogat,
 quippè cum cum pro alio bellum
 susci-*

*Causa mi-
 nor majo-
 ri non præ-
 judicat.*

susci-
 quin-
 meti-

*Quis
 Velle*

Cum

Nec p

R

nisi j-

grav-

ditur

hãc c-

veru-

nitici-

sta &

rum

bis

satis

dam-

esse

luscipi non oporteat, nec possit,
quin cogitemus & de nobis-
metipsis.

*Quis n. furor hosticus ulla
Vellet prior arma movere,
Cum vulnera seua videret
Nec præmia sanguinis ulla?*

*Romani, qui arma nunquam
nisi justis de causis, uti virorum
gravissimorum testimoniis tra-
ditur, sumpserunt; aliis causis
hæc defensionis subinde obtex-
uerunt. Documento sit Sam-
niticum bellum, cujus manife-
sta & principalis causa Lucano-
rum defensio, quam hisce ver-
bis implorant, Lucano populo
satis superque erratum quon-
dam: nunc ita obstinatos animos
esse, ut omnia ferre ac pati
tolo-*

*In bellis
aliud est
a illic, a-
liud æg-
Pæne.*

tolerabilius ducant, quam ut unquam postea Romanorum nomen violent. Orare patres, ut & Lucanos in fidem accipiant, & vim atq; injuriam ab se Samnitum arceant
Liv. lib. 10. cap. 12. occulta & minus principalis magna Samnitum potentia, tandem subactis Lucanis major futura. Angli quanquam necessitudinum multarum vinculis obstricti auxilia Belgis contra Hispanos tulerunt aliquoties, inter alias tamen causas absq; dubietate, delituit potentia Hispanica, quæ illis suspecta semper & extimescenda, nec non propterea compescenda fuit. Alb. Gent il. de jur. bell lib. 1. cap. 16. Hodie Herculi Suecico, licet is sine cujuscuq; commodi spe aut cupidine pacis

*Hercules
 Suecicus.*

eis p
 opus
 alii p
 admi
 asper
 ratus
 rum v
 peregr
 qui fa
 tentio
 rit, j
 in c. 2
 borum
 um no
 sultat,
 se, aut
 ipsam
 (b)
 te, ita q
 nihil l
 facilitate

eis pietatisque redintegrandæ
opus ope divina aggresso, quod
alii per ferrum & ignem petunt,
admirandâ animi magnitudine
aspernetur, satis se adsequutum
ratus, si de manu calumniato-
rum vi oppressos liberaverit, &
peregrinis, viduis ac pupillis,
qui facilius opprimuntur â po-
tentioribus, auxilium præbue-
rit, juxta monitum *Hieronym.*
in c. 23. 23 quæst. 5. si quis tot la-
borum ac periculorum brabi-
um non competere insulsè con-
sulat, næ mihi ille lollio victitaf-
se, aut caninis rictibus invidiam
ipsam deglutivisse videtur.

(b) In proximo sc. habitan-
te, ita quidem, ut quamvis non-
nihil longius â nobis desideat,
faciliter tamen viribus sese &

*Vicinus
quis sit.*

K

copiis

populis nostris conjungere possit, qualis est qui circa ejusdem maris tractum vivit, quo respectu *Megapolitani*, *Pomerani*, *Borussi*, *Livones*, *Sveci* & *Dani* aliique *Balthici* maris accolæ vicinitatis inter se jura colere dicuntur. Largius enim ac *JCti* vicinum interpretor. Illi vicinum definiunt, cujus vox exaudiri potest. arg. l. i. §. hoc autem *D. ad SCtum Syllan. Jacob. Menoch. de arbit. Jud. quæst. lib. 2. cas. 222. n. 14. sive illum, qui habitat in eadem via juxta nos l. si vicinis 9. C. de nupt. Sicuti autem*

*Ex vicinitate com-
moda &
incommoda nascuntur.*

vicinitas bona plurimum adfert, tum utilitatis tum suavitatis vitæ humanæ: ita è contrario mala instar infortunii, & vicinus malus instar noxæ est; nimirum
cum

eum
prop
quitu
in M
etian
log. i.

Mam

Et jux
percu
somm
piat, c
in ep
Franc
verbi
Exe, y
nior p
confi
cateri
plis co

eum semper aliquid mali fit
 propter vicinum malum, ut cō-
 quitur Lysimachus apud *Plaut.*
 in *Mercat.* act. 4. Scen. 4. quò
 etiam alludit illud *Maronis* Ec-
 log. 1.

*Mantua va misera nimium vicina
 Cremona,*

Et juxta Viperam, quæ etsi non
 percutit, certè sollicitat, securos
 somnos mortalium nemo ca-
 piat, ceu venustè ait *Hieronym.*
 in epist. 41. Vnde Græci, quia
 Franci illis formidabiles, pro-
 verbiali voce *Φερίνον φίλον
 ἔχει, γείτονα μὴ ἔχει*, & *Cato* Se-
 nior prædia empturos prudenti
 consilio hortari solebant, ut præ-
 cæteris adverterent, ne malus i-
 psis contingeret vicinus.

K 2

Quod

Quod sollicitè usque adeò ob-
servatum, ut *Gaius* Jctus ven-
ditorem, si in vendendo prædio
confinem celaverit, ad interes-
se teneri responderit in l. 35. §
fin. D. de contrah. empt. quò
pertinet, quod *Papinianus* com-
mentatur, sæpè confines fundos
vel supra justam æstimationem
interest nostra acquirere in l.
54. D. de legat. 2. Celebratur &

*Themisto-
clis apo-
phtegma.*

Themistoclis apophthegma, qui
prædium venale habens jussit
Præconem adiicere, ὅλ' ἀγαθὸς
ἔχει γείτονας, quasi longè ven-
dibilius futurum vicini com-
mendatione, idque *Cicerò* signi-
ficat ad Atticum alicubi scri-
bens, Domum tuam pluris vi-
deo futuram vicino Cæsare.

Quemadmodum igitur ei,
qui

qui bonum habet vicinum, o- *Vicinus*
 ptimè cedere, vulgò circumferi- *bonus in*
 mus: sic in bellicis pariter ne- *rebellica*
 gotiis vicinum bonum ingentia *prodest.*
 præstare commoda documen-
 tis comprobatum est. Et me-
 ritissimè quidem: nam si quas
 ædes ignis cæpit acriter, defen-
 su haut facilè sunt, quin & pro-
 ximæ comburantur, quod *Poeta*
Sulmonensis lib. 2. remed. amor.

Proximus à tectis ignis defenditur
agrè

Utile finitimis abstinuisse locis

Et alter *Venusinus* epist. ad
 Lollium 18.

Tunc tuæ res agitur, paries cum
proximus ardet.

bellè indicant. Quid est cur vi-
 cinus opem vicino ferre, ser-
 pen-

*Interest
vicino, vi-
cini condi-
tionem
non muta-
re.*

pentique latius igni exstinguendo accurrere nolit? quippè cum orto incendio vel vicinas aedes periculi arcendi causâ intersidere impunè liceat juxta Ulpiani sententiam in l. 49. § 1. D. ad l. Aquil. & l. 3. § penul. D. de incend. & vicinus officiali de facto injustè exequenti possit resistere, uti notat *Br.* in l. 5. C. de jure fisc, allegans textum nominatim de vicino loquentem in l. 7. in fin. D. de furt. in primis cum intersit plurimum, ne libertas, cui favere nemo prohibendus, perhibente *Jcto* in l. 3. § 9. D. de lib. hom exhib. vicino eripiatur: aut eo mutato peior & gravior alterius fiat conditio; mutatur autem vicinus, quando eodem vel populo vel principe manente,

te,
qu
40
per
des
plu
tius
den
tion
rod.
mu
fimi
mis
cum
voc
suev
vici
& æ
(e
quid
ratus
one,

te, Reipub. status vel in eo ali-
quid immutatur; *Bl.* lib. 5. conf.
409. Quocirca juvat sem-
per, in vicini, qui amicus pro-
desse multum: inimicus verò
plurimum obesse solet, sese po-
tius committere tutelam & fi-
dem, quam in extranei poten-
tioris etiam protectionem *He-*
rod. lib. 6. Nam rarissimè fir-
mum & stabile, quod à remotis-
simis & invitis promittitur ani-
mis, *Iust. histor.* lib. 22. scilicet
cum in subsidium acciti contra
vocantes etiam invalescere cō-
sueverint *Tacit. annal.* 6. inter
viciniores verò fidem & metus
& æquitas sanctius conservet.

(c) Nihil videlicet honestius
quidquam cum Q. Hortensio *Laudatur*
ratus, quàm ab omni contenti- *neutrali-*
one, per quam Respub. læditur *tas.*

K 4

Vlp.

Vlp. in l. 21. §. 1. D. de capt. & postl. revers. abesse, nihil etiam tutius, quam instar testudinis, quæ ubi collecta in suum tegmen, tuta ad omnes ictus est: ubi exserit partes aliquas, quodcunque nudavit, obnoxium, atque infirmum habet, ut loquitur T. *Quintius* apud *Liv.* lib. 36. intra limites suos se continere, & selectâ media viâ, quæ neque amicos parat, neque inimicos tollit, ceu ille *Samnitum* Prætor non oratione modò, sed ipso facto comprobavit apud eundem *Liv.* lib. 9. semperque tutissima est, nec non à nostris passim commendatur in l. 3. D. Si pars hered l. 6. D. negot. gest. non verbis solum à vicinorum dissidiis secessit, sed reapse neutra-

tra
ster
ne
tra
pro
alte
abd
lum
ped
te
ip
ta
tale
om
fore
app
um
tæ
clin
mit
Rho

trarum partium alleclam se ostendit. Qui sane uti hoc ipso, ne ruina vicina illum quoque trahat, commodis suis optimè prospicit, modò vicinorum alterutri callidè per occultos & abditos cuniculos faces ad bellum inflammandum non supereditet. Inde enim fraude detectâ & re compertâ extremum ipsi imminere potest exitium: ita quoque summam & immortalam merebitur laudem, si eò omnimodis cõnitatur, ut se suo favore & auctore, cum primis ubi apparet, utrumque belligerantium calamitatum acceptarum tædio teneri & res ad pacem inclinare, pax sancita laudetur: imitatus *Athenienses*, qui cum *Rhodos* ac *Demetrium* gravi ditur-

*Sub con-
ditione.*

K 5 utur-

uturnoque bello defatigatos pacis desiderio, quam petere puidisset, intelligerent teneri, legatos de pace ad utrosque miserunt, ac summa cum gloria Reique publicæ securitate, ut ab armis discederetur, obtinuerunt, recensente *Bodino* de *Repub.* lib. 5. cap. 6. n. 591.

Restrictio. Quæ tamen *neutralitas* tunc demum sectanda erit, si *extrateli* iactum post vicinorum excidium queat esse tutus: alioquin obtuari minimè ei prodest, quoties periculi finitimi moles in eius quoque verticem dilapsura. Fieri enim tunc solet, ut is, quem sub securitatis umbone latitare volentem aut ignavia aut prava calliditas ab armis abstinent,

nuit, acerbissimas pœnas luat,
& præda denique ac ludibri-
um victoris fiat.

Nisi itidem vel *officij dignitas*,
cui inferuire, vel *conscientiæ gra-
vitas* quam vereri, vel etiam *disi-
dij civilis* quod præscindere con-
venit, *enormitas* alterutrius par-
tes tuendas esse suadeat: siqui-
dem hisce casibus, quemcunque
tandem fors tulerit eventum,
potius erit, cum ijs, qui dicun-
tur boni, id est, bonam ju-
stamque causam fovent, con-
sentire, & *dispulsum sui generis*
gregem sequi, quam solitarium
separatumvè à communi malo
esse, & clavum, quem rebus tran-
quillis tenuerit, turbatis deserere

K 6

aut

Neutralitas exilio mutata.

aut abijcere, *Lips.* lib. 5. civil doct. cap. 6. n. 9. quam neutralitatem sive medietatem non abs re olim exilio multavit suâ lege sapiens *Solon*, ut memoriae prodit *Agell.* noct. *Attic.* lib. II. cap. 12. & nemo non hodie, nisi fortè dignus, qui porcum immolet, nigriori lapillo notat.

Magis rem quam verba in quibusdã attendimus.

(d) Sive societatis, concordantiae, confraternitatis, ligae, unionis &c. quæ vocabula, quàmquam subtilius accuratiusvè à se invicem distingui possint, hodiernum usum indifferenter usurpare inaudimus. At verò cum parum referat, qua voce rem indigitemus, modo de ea constet: siquidem non res verbis, sed verba rebus imposita. cap. intelligentia 6. de verb. signif.

signi
nihil
Sym
com
rum
lunt
sole
obli
voc
lia
ant
mife
tole
flag
vim
in l
stra
pac
ciet
lite
tiqu

signif. adeò ut in earum defectu nihil operæ, indulgere verbis *Symmach.* in lib. 3. epist. 9. & communiter non tam verborum conceptionem, quam voluntatem dicentium inspicere, soleamus l. fin. C. Quæ res pign. oblig. poss. modò sub hisce vocibus callida & calida consilia ac conspirationes non lateant, utiq; usurpatio isthæc promiscua in vulgato loquendi usu tolerari potest. Ut enim *rei flagitiosæ societas coita nullam vim habet* statuente *Gaius* Jcto in l. 35. § 2. D. de tut. & rat. distrah. ita in aliorum exitium pacisque publicæ perniciem societates, quoquo nomine appellitentur, pacæ pro validis neutiquam reputandæ. Cum autem
illa

Rei illicitæ nulla est societas.

illa demum foedera sint licita,
 nec non ab omnibus approba-
 ta, quæ ad vim repellendam, in-
 juriam à communi hoste illatam
 vindicandam, rem commu-
 nem, religionem, libertatem,
 Rempub. defendendam aut
 conservandam fiunt. *VWare-
 mund.* ab Erenb. lib. 2. de foeder.
 cap. 7. n. 14. quid magis è re e-
 rit confœderatorum, ne tan-
 dem pariter fluctibus ijsdem ab-
 forbeantur, quam discussâ tem-
 pestate pacis serenitatem qui-
 buscunque modis reducere vel-
 le? Quidvè magis ipsis vel fidei
 vel officij ratione incumbet,
 quam ejusmodi bellorum mo-
 tus arte & consilio, vel etiam
 vi comprimere, communesque
 socios in pristinum statum re-
 stituere.

stit
 fed
 eo
 du
 Au
 bus
 mâ
 Im
 der
 sim
 fol
 etc.
 geb
 reli
 mo
 vid
 mè
 ven
 diu
 stin

nituere? Ecquid agunt igitur illi
 seditionum buccinatores, con-
 cordiæ publicæ hostes, qui fœ-
 dus ab *Electo*ribus & reliquis
Augustanæ confessionis Principi-
bus non ita dudum *Lipsiæ* extre-
 mâ vrgente necessitate, vel ipsius
 Imperatoris indultu, uti evi-
 dentissimè ostensum à serenis-
 simo Sax. Electore, in cop. re-
 solut. Welche Churf. Durchl.
 etc. Dem Kaysrl. gesandten ge-
 geben/ Den 20. Maij, Anno 1631.
 religionis & libertatis, quæ jam
 moribunda animam exspirare
 videbatur, tuendæ causâ, legiti-
 mè pactum acutissimis stylis &
 venenatissimis linguis perfo-
 diunt? nil certè nisi quod ob-
 stinatam improbitatem, invete-

Fœdus
Lipsiense
approba-
tur.

ratam

*In quo
consistat
Magistra-
tus offici-
um.*

ratam calumniandi consuetu-
dinem & propensissimos in bel-
lum & discordias civiles ani-
mos ulterius exhibeant. Igno-
tum enim illis esse haut potest,
vel non debet, quod Magistra-
tui non præceptum duntaxat
obedire superioribus, sed *subdi-
tos etiam suos tutari in pietate*
i. ad Timoth. 2. v. 2. quando qui-
dem alias frustra gladium ge-
rit, ad Rom. 4. & impietatis
non injuriâ accusatur, si magis
consentiat impietati superioris,
quam si suos in pietate vera de-
fendat, atque hoc modo non
det Deo, quæ sunt Dei *Matth. 22.*
Quod probè intellexere in ve-
teri Ecclesia *Joas & Joidas*, qui
contra *Athaliae* improbitatem
protectionis clypeum arripie-
bant

ban
qui
deso
soly
i. v.
cap
i. pr
tuti
sed
clef
pre
Du
Alf
hen
Re
me
U
15
de
Pr
qu

bant 2. Reg. ii. item *Machabei*,
 qui *Antiochio* abominationem
 desolationis in templo Hiero-
 solymitano erigenti i. Machab.
 i. v. 57. armis sese opponerant
 cap. 2. v. 25. & seqq. & cap. 3. v.
 i. præsertim cum & ipsæ *consti-
 tutiones publicæ* non prohibeant,
 sed potius Imperii statibus Ec-
 clesiarum suarum tutelam ex-
 pressè demandent, R. A. III
 Nurrenbergk de Anno 1524. S
 Als auch/ibi/das wir vns verse-
 hen/ die Stände des heiligen
 Reichs als Schützer vnd Schirz-
 mer des Glaubens.

Unde moti *Protestantes* Anno
 1535. legato Galliaë R. respon-
 dent, hoc propriè esse Regum &
Principum munus, ut Dei gloriam
 querant, Ecclesiam ab erroribus
 repur-

*Protestan-
 tes legato
 Gallico e-
 gregie re-
 spondent.*

repargent, injustam crudelitatem reprimant: quemadmodum hæc verba recitat Sleidan. lib. 9. comment. fol. 260, & post eundem Ant. Coler. in discurs. de jur. imperial. sect. 72.

*Religio
amicitiæ
tesseræ.*

(e) Cujus unitas unitos facit homines, tantoperè ut religionem unicam familiaritatis & amicitiæ tesseram, ac idem placendi Deo studium, ferrumen vitæ, reique dissociabilis glutinum, nec non ejusdem pietatis opinionem tenacissimum conjunctivæ benivolentiæ ligamen antiqui prædicarint. Est namque à natura religio, quam in nata nobis quædam vis adfert Cic. de invent. indigitante id ipsum J Cto in l. 2. D. de just. & jur. & testa-

& te
lega
cui
rati
à na
ope
cult
quã
tice
conf
qua
ait,
& l
bus
dili
tra
apu
titu
ra,
&
len

& testante doctissimo P^{ro}b^{er}to de
 legation. ubi inquit; Religio sua
 cuiq; videtur optima, quæ non
 ratione sed affectu judicatur &
 à natura indita est. Hinc omnes
 operam dam⁹ sedulam, ut quem
 cultum pueri suscepimus (quan-
 quã *satius quandoq; fuerit verita-*
ti cedere, quam in patrum errorib⁹
consenescere) senes posteris relin-
 quamus, vel Ethnico iudice, qui
 ait, omnes religione moventur
 & Deos patrios, quos à majori-
 bus acceperunt, colendos sibi
 diligenter & retinendos arbi-
 trantur Cic. Verr. 5. usque adeò
 apud bonos plus veræ pietatis
 tituli, & receptæ religionis ju-
 ra, quam divitiarum, opum
 & honorum, splendor, va-
 lent. Quod suis exemplis
 omni-

*Exempla
constan-
ter amata
religionis.*

omnium seculorum memoria
dignissimis contestati sunt *Jo-
hannes Elector Sax. & Georgius
Marchio Brandenburg.* quo-
rum ille, quod Evangelii doctri-
nam rebus humanis omnibus
anteferret, piâ animi alacritate
abunde declaravit, dum se Ele-
ctoratum (cujus investituram
& pactorum dotalium cum Du-
ce Juliacense confirmationem
filio Johanni Friderico impe-
trari non posse, nisi doctrinam
suam ejuraret, Carolus commi-
nabatur) & augendæ potentia
ac opum spem potius, quam ve-
ritatem velle divinam amittere
intrepidè professus; hic autem
verè heroicâ voce, cum ad per-
tinaciam Pontificiorum in co-
mitiis Wormatiensib9 aliquan-
tò

tò v
in fa
consp
qua
iteru
pale
von
C
æqu
una
mo
liga
tu fi
arte
end
veri
tion
enix
tiis d
prop
suas
cule

tò vehementius excandesceret,
in faciem Cæsari dixit, *se in ipsius
conspectu malle internecioni dari:
quam à clarissimâ Evangelij luce
iterum deflectere ad tenebras Pa-
pales*, Auctor der Information
von der autonomia cap. 14.

Quæ cum ita sint, cur non fas
æquumque ducamus, ut qui in
una quasi pietatis nave arctissi-
mo necessitudinis vinculo col-
ligati vehuntur, mutuo opitula-
tu fidei naufragium quacunque
arte & solertiâ impediunt, tu-
endæque religionis & agnitæ
veritatis studio laceros conten-
tionum funes resarciant, in hoc
enixè incumbentes, quò violen-
tiis & ferro superstitionem suam
propagaturi per calamitates
suas experiantur, quam sit peri-
culosum repentè verum Dei cul-
tura

*Meritò fi-
dei nau-
fragium
arcent, qui
in una re-
ligionis
nave ve-
hantur.*

ia
Jo-
gius
uo-
tri-
bus
tate
Ele-
am
Du-
em
pe-
am
mi-
tia
ve-
ere
em
er-
co-
an-
tò

tum overtere, quodque facultatis est furiosè ad necessitatem trahere, id est *fidem, quae in animo consistit, imperiose jubere.*

*Religio
suadenda,
non impe-
randa.*

Longè olim alia mens fuit Theodosio & Valentiniano Cæsaribus orthodoxis, ad Cyrillum hæc perscribentibus: *Manifestum esse cunctis opinamur, religionem non ex potentiâ & iussione, sed potius ex consensu firmitatem habere* tom. i. concil. Ephesin. cap. 7. item Theodorico Imperatori; qui ad Senatum R. scribens, *religionem inquit, imperare non possumus: quia nemo cogitur, ut credat invitus.* Cassiod. lib. 2. variar cap. 27. *Justius itaq; egissent, qui plurimum hætenq; gladiis & ferri potestate valuerunt, non verbis sed verberibus, non argumentis sed armis, non*
chartis

*char
suar
ris
puri
stion
hor
barb
vill
Aro
miss
rem
rest
ore
dun
ta &
per
hil
nar
ubi
scel
res
qui
tia*

chartis, sed lacertis idololatriam *Verbis nō*
 suam constituere conati, si vete *verberibus*
 ris Ecclesiæ vestigiis insistentes *constitu-*
 puriori potius doctrinâ & hone- *enda reli-*
 stioribus vitæ exemplis, quam *gio.*
 horrendâ sævitie & plus quam *Gedeon*
 barbara immanitate alios antei- *noster Gn-*
 vissent: si, quod in *Gedeone* no- *staus.*
 stro *Gustavo Adolpho* divinitus *staus.*
 misso, qui procul dubio iustio-
 rem eò belli, & per illud pacis
 restituendæ causam, quò sancti-
 orem habet, acerbius reprehen-
 dunt, quasi ad avarorum institu-
 ta & improbitatis integumenta
 pertineat in innoxios & tale ni-
 hil meritos grassari, consilio, co-
 natu & re ipsi nō effecissent. Nūc
 ubi Vindice Deo in magistros *Scelera*
 scelera redeunt sua, & in aucto- *redeunt in*
 res mala redundant exempla, *auctores.*
 quid de injuria & belli injusti-
 tia frivole conqueruntur? D.

Ambrosius hujus querelæ futilitatem rectiori sententiâ jam pridem damnavit. Necesse est eam in te redire formam judicii, quod in alios ipse decernendam putaveras, super Psal. 118.

(f) Confanguinei in jure tribus capiuntur modis 1. *pro fratribus* eodem parente natis l. 2. D. de suis & legit. hæred. Novell. 84. in rubr. & nig. 2. *pro agnatis* l. 5. D. unde legitim. 3. *pro quolibet sanguine juncto* sive agnatus sit, sive cognatus, ut in Decretal. subtit: de consangu. & affin. Horum vero omnium habenda ratio, juxta *Ulpianam*. in l. 12. D. de manumiss. vind. & propter necessitudinem, haut quemquam defensionem omissurum, verisimile esse idem autumat in

l. 5.

l. 5.
pos
ram
rum
ri ve
etæq
vel p
cede
tant
cessa
dum
belm.
fende
L. Sy
simul

Namq

Unâ si

l. 5. § 1. D. quibus ex causis in-
 poss. eat. Quia *secundum natu-
 ram est cognatos complecti, & eo-
 rum actu, ut suo proprioq; vel leta-
 ri vel tritari* Sen. epist. 109. fra-
 ctæque propinquorum fortunæ
 vel præsidii vel solatii gratiâ ac-
 cedere *Val. Max. lib. 4. cap. 7. in*
 tantum ut nocentes etiam si ne-
 cessarij sint (quibus subvenien-
 dum potius, quam cæteris *Ans-
 helm. in epist. ad Roman.)* de-
 fendendos esse putet *Tull. pro*
L. Syll. Quod Tragicus Græcus
simul approbat in Oreste,

*Namq; decet sic consanguineos pe-
 ricula*

*Unâ subire, facultatem si dederit
 Deus.*

L

Cujus

*Secundum
 naturam
 est cognat-
 os amare.*

tili-
 jam
 e est
 udi-
 nen-
 3.
 tri-
 fra-
 l. 2.
 vell.
 natis
 uoli-
 atus
 etal.
 Ho-
 nda
 2. D.
 pter
 em-
 um,
 at in
 l. 5.

Cur Agesilaus bella in Persas suscepit.

PLUTARCH. 207

Cujus naturæ stimulis impulsus, tum *Agesilaus* Rex, ut bello in Persas suscepto Græcos Asiaticos, à quorum sanguine ortum duxerat, in libertatē assereret. *Plutarch.* in lib. ἀποφθυσμ. βασιλέων &c. tum Germaniæ vetustiores Reguli, ut ex sua gente opem mutuam implorantibus nunquam defuerint. *Jov.* lib. 32. Si itaque fortitudo, quæ vel in bello tuetur à barbaris patriam, vel domi defendit infirmos, vel à latronibus socios, plena justitia est c. 5. 23. quæst. 3. si laudanda ejus constantia, qui florentis domus amicus adficietam non deserit *Tacit.* annal. 4. ecquos ille fortitudinis, justitiæ & constantiæ titulos merebitur, qui præcipuis viribus bellorum discrim.

discr
peraz
id est
amic
limin
te def

(g
dina
decre
Impe
pesce
que C
ficere
nere
Bo
559.
perfo
ut c
tea

discrimini oblati *hoc animo im-*
peravit regio vel reparare amissa,
 id est, *ereptam propinquioribus*
amicis libertatem & pacem post-
liminiò reducere, aut honestà mor-
te defungi?

(g) Quorum conventus or-
 dinariè eò institutus *Augustano*
 decreto, ut bellorum turbas in
 Imperio excitatas, quibus com-
 pescendis unius, trium vel quin-
 que Circulorum vires non suf-
 ficerent, suis auxilijs compo-
 nerent. R. A. de Anno 1555. S
 Wo nun dieses & deinceps An.
 559. corroboratus, pluribusvè
 personis adauctus fuit, ita
 ut cum personale eorum an-
 tea esset munus universali

L 2 Comi.

oulli,
 in
 fiati-
 rtum
 ret
 Pa-
 e ve-
 gen-
 anti-
 Jov.
 que
 is pa-
 rmos,
 justi-
 dan-
 rentis
 non
 quos
 con-
 , qui
 rum
 disci.

*Esavite
corrum-
puit pu-
blicas le-
ges.*

Comitiorum sanctione transi-
torium ad heredes factum sit,
D. A. zu Aufpurg de Anno 559.
s. Auf das dan disofals etc. *Tob.
Paurmeist.* de jurisd. imper.
Rom. lib. 2. cap. 2. n. 52. & seqq.
Verum enim verò uti omnium
fermè legum & constitutionum
publicarum provida severita-
te latarum vigorem nequissimi-
bipedum *Esavite* corruptelis
suis & imposturis cum funestis-
simo Imperii totius exitio de-
moliti sunt: ita, nuper huius
quoque conventus utilitatem
Martiales illi *Harpagone* & *Har-
pys*, quorū hydropticam haben-
di ingluviem nec *Myde*, nec
Cressi, nec *Perfarum* denique o-
pes (ut scil. easdem alea, lusus,
prandiorum gurgites & scorto-

rum

rum
expl
nor
rum
mne
ut su
mod
one
nenc
eam
civil
rum
tion
buer
weil
des
ecuti
land
meine
auch
desto

rum lenocinia abforberent.)
 explere potuissent, infami fœ-
 norum & exactionum tartarea-
 rum onere suppresserunt, o-
 mnem eò lapidem moventes,
 ut sublatâ isthac necessariæ ad-
 modum executionis ordinati-
 one velut pacis in imperio reti-
 nendæ tuendæq; præsidio, (per
 eam enim recisis seditionum
 civilium seminarijs noxia bello-
 rum expilationum & depræda-
 tionū molimina submoveri de-
 buerunt N. A. de An. 1555. § Die-
 weil nun diese hülff zu volziehung
 des zuvorgesetzten friedstands/ex-
 ecution vund Handhabung des
 Landfriedens / zu erhaltung ge-
 meiner sicherheit vnd ruhe / das
 auch ein jeder bey den seinigen
 desto getroster bleiben möge / für-
 L 2 genom

*A quibus
 Executio-
 nis ordi-
 natio
 impedita.*

transi-
 n sit,
 o 559.
 c. Tob.
 iper.
 t seqq.
 nium
 onum
 verita-
 uissimi
 aptelis
 nestis-
 tio de-
 huius
 item
 Har-
 aben-
 , nec
 que o-
 lusus,
 corto-
 rum

genominen etc.) ad omnigenam
 bellicæ insultationis injuriam
 & quoscunq; immoderatos ex-
 cessus non fores sed valvas rese-
 rarent, imitati muscas, quæ, cum
 non nisi scabris in locis consiste-
 re queant, specula polita oderunt;
 ita hi, cum non nisi in turbida
 Reipub. aqua nequitia suæ & fla-
 gitorum hamos occultari posse
 animadverterent, virtutem le-
 gum, quæ incolumem esse civi-
 um conjunctionem volebant,
 enervarunt. Sed cum sine pra-
 vorum & sceleratorum interitu
 vix regno pax proveniat c. quis
 enim 48. 23. quæst. 5. & his demum
 necatis Respub. recipiat statum
 suum l. 2. § 24. in fin. D. de orig.
 jur. merito nunc belli pestis &
 justæ ultionis iracundia interi-
 mit,

mit,
 tudin
 revo
 si qu

Qu

D

cep

PE

&

ME

DE

(d)

ad

(e)

blic

bel

in l

mit, quos delinquentes ad rectitudinis viam nec Dei præcepta revocare hæcenus potuerunt. c. si quos 47.23. quæst. 4.

SECTIO IIX.

Quibus mediis pax firmetur.

DE constituenda hucusque, de firmanda deinceps. Firmatur autem ea 1. PER CERTA CAPITULA (a) & COMPACTA 2. JURAMENTA (b) 3. OBSIDES (c) 4. DIMISSIONEM EXERCITUS (d) 5. NUPTIAS sive novas ad finitates.

(a) Id est conventiones, quas publicas appellat Ulpianus, quoties belli Duces inter se paciscuntur in l. 5 D. de pact. pacta, uti vocan-

L 4 tur

tur à Tryphon. in l. 12. in pr. D.
de capt. & postl. revers. sive
fœdera, ceu fœderis voce utitur
in hoc significatu Pompon. in
l. 5. § 2. D. eod. & *Silius* Italicus
lib. 1. sub initio his verbis.

--- ---ter Marte sinistro
*Juratunq; Jovi fœdus, conventaq;
Patrum*

*Sidonii fregere Duces, atq; impius
ensis*

*Ter placitam suavit temerando
rumpere pacem.*

*Pax con-
ventionū
vinculis
coarctan-
da.*

Nisi enim his vinculis pax forti-
ter contineatur, subverendum,
ne eam ceu compagine luxatam
ædiculam mollior etiam vento-
rum sibikus subruat.

Debent autem verba *ὡς ἰσχυ-
ρῶν ἡγῆ εἰρήνης* latè, ruditer di-
lucidè & expresse concipi: ne sci-

licet

licet
scutis
invol
tur, a
onum
ludan
Repu
Velut
qui ju
quam
sis ear
runt
etiam
tatem
offic.
Jurisp
militi
tem r
quæ e
i. D
Paul.

licet sub curio sermone & ob-
scuris verborum ambiguum
involucris capedunculæ tegan-
tur, aut illa fucatis interpretati-
onum & sophismatum cavillis e-
ludantur, *Conrad. Heresbach.* de
Repub. Christ administ. cap. 5.

Veluti *Mediolanenses* faciebant, *Mediola-*
qui jurati caverant muris nun- *nensium*
quam se munitaros urbem, fos- *vas frities.*
sis eam aggeribusque confirma-

runt *Sigon.* de reb. Ital. 14. Nam
etiamsi *Tullius* *faciali jure æqui-*
tatem præscriptam notet lib. 1.
offic. & tam novæ, quam veteris
Jurisprudentiæ Principes cum
militibus jus gentium, æquita-
tem naturalem & simplicitatem,
quæ est jureg. secundum *Bl.* in l.
1. D. de just. & jur. attendant.

Paul. in l. 25. § 1. D. de probat. &

L 5

l. 9.

D.
e
tur
in
cus

stro
tag

pius

ndo

rti.

m,

am

to-

uv-

di-

sci-

icet

l. 9. § 1. D. de jur. & fact. ignor.
 Nerva Imperator in l. 1. D. de
 test. mil. & D. Antoninus in l. 1.
 C. de jur. & fact. ignor. *Alciat.*
 lib. 5. conf. 38. n. 31. & lib. 8. conf.
 54. n. 13. nec non in eorundem
 verbis subtilitates minimè quaerendas:
 sed ita intelligenda, quemadmodum
 verisimiliter intellexerint idiotæ,
 edoceat. *Bl.* in l. 11. C. de re milit. quippè
 cum rudes, obtusi & à fori caliditate
 longius positi aptum nesciant perferre
 sermonem, siquidem *arma magis, quam iura*
scire l. 22. de jur. & fact. ignor.:
& hastas cuspidesq; peritius tractare,
quam syllabas & juris apices subtilius
indagare præsumuntur. *Alb. Gentil.* de jur. bell. lib.
 2. cap. 4.

*In militum
 oratione
 subtilitas
 non quaerenda.*

Et

Et cum astutæ malitiosæque
contentiones, ac calumniosæ
versuti jurispræstigiæ etiam de
privatorum rebus tollantur.

l. 2. C. de legib. l. 28. in fin. C.

ad l. Jul. de adult. multò mi-

nus eadem in rebus & pactio-

nibus publicis utpotè favora-

bilibus & bonæ fidei, quales

sunt Principum tractationes

Hotroman. conf. 15. tolerandæ

erunt *Decian. lib. 3. conf. 102.*

quandoquidem veritatis ora-

tio soluta ac libera esse debet,

& celsas fortunas idem loqui

decet atque sentire *Ammian.*

lib. 17. *Virosque bonos veraces*

non fallaces esse oportet Cic. lib. 1.

off. quinimò satius est mu-

tuum nasci omninò & egere

L. 6. ratio-

A pactio-

nibus pu-

blicis ver-

suti juris

præstigiæ

absint.

*ratione, quam providentia mune-
 ra in perniciem mutuam converte-
 re Fab. 4. cap. 1, Quapropter
 per absurdum perque temerari-
 um esse Principum placita per
 astutam interpretationem sub-
 vertere, rescripsit Anastas. in l. 2.
 C. de præpos. agent. in reb. lib.
 12. quod rectè Mauritius lauda-
 tissimæ memoriæ Elector Caro-
 l^o V. sophismata quædam ad-
 versus Philippi Landgravii libe-
 rationem nectenti exprobavit.
 Heroica² Mauritij
 Elect. vox. At ego, inquiens, te tanquam Im-
 peratorem, non tanquam Legi-
 slam volo pactiones interpretari
 Dn. Arumæus vol 1. discurs. 27.
 Melius tamen sibi paciscentes
 prospiciunt cautiusvè rem a-
 gunt, si exploratissimis, copiosissi-
 mis & usitatissimis utantur pa-
 ciscentibus.*

cisco
 poti
 cauf
 dio,
 atqu
 cust
 stru
 infir
 in l.
 perv
 tibus
 vaf
 occ
 peri
 voc
 uscu
 host
 spo
 illi
 ferr
 Pyr

ciscendi formulis, easdemque
 potius *litteris*, quæ posteritatis
 causa repertæ oblivioni subsi-
 dio, *Cic. pro P. Syll. & rerum*,
 atque negotiorum fidelissimæ
 custodes sunt l. 4. D. de fid. in-
 strum : quam *memorie*, cujus
 infirmitatem accusat *Papinian.*
 in l. 44. D. de adq. possess. ne
 perversis & *Esauiticis ambiguita-*
tibus ac commentis dictionum
 vafre decepti perfide nec non
 occultè magis, quam apertè in
 pericula conijciantur sicut sub
 vocum dubiarum insidiis sæpi-
 usculè factitatum. *Pericles* olim
 hostes quibus incolumitatem
 sponsoerat, si ferrum (quod
 illi de armis senserant, ita enim
 ferri nomine pro armis utitur
Pyrrhus apud *Ennium*.

Pactio-
num capi-
ta litteris
consignan-
da.

Esauiticæ
ambigui-
tates.

Improbi-
tas Peri-
clis.

Ferro

*Ferro non auro vitam cernamus
utriq;*

deponerent improbè occidit,
quod in sagis fibulas ferreas re-
tinuissent, quasi non magis in
fide quid senserit alter, quam
quod tu dixeris cogitandum
Cic. off. 1. quasi non etiam Deus,
qui conscientiae testis est, magis
ita accipiat promissum sive jus-
jurandum quacunque verbo-
rum arte praestitum, sicut ille,
cui promittitur sive juratur,
intelligit, *Isidor. real. in can. 9.
22. quæst. 5.*

Alexandri secessum ex urbe defensoribus
crudeli- annuens (vnde bellicis ejus ge-
tas. stis illuibilis labes adhæsit.)
aliquantulum, viæ I progressos
inte-

inte
sarc
sub
gref
mit
beat
tio
min
redo
tra p
unt
qual
mor
D. c
min
tum
lutio
men
Reg
tū.e

interimi inermes iussit, *Plu-*
arch. in Alexand. quasi verò
sub exitu tuto tutus etiam pro-
gressus non intelligatur, ac di-
mittendus, ita dimitti non de-
beat, ut difficilis sit ejus perse-
quutio *Br.* in l. i. D. de adq. rer do-
min. *Plataenses* pacti captivos *Plataen-*
reddere cadavera *Thebanis* con- *siam ma-*
tra publicam pacti fidem restitue- *litia.*
unt *Thucyd.* lib. 2. circa init.
quasi cadavera essent captivi, &
mortuus homo esset homo l. 49.
D. de legat. 2. *cum neq; is qui ho-*
minem debet. liberetur, si vulnera-
tum offerat per l. 33. § 1. D. de so-
lution. Simili quoque vafra-
mento *C. Fab. Labeo. Antiochi.*
Regis bello superati naves, qua- *Antiochi*
rum ex icto foedere partem dimidia *fraus.*
accipere.

accipere debebat, medias omnes secuit, ut totâ eum classe privaret, referente *Val. Max.* lib. 7. cap. 3. Cum tamen hæc non divisio, sed corruptio omnium fuerit. Sic *Labeo* & *Sabinus* Jcti existimant, si *vestimentum scissum reddas, vel res corrupta sit, videri rem abesse, ut Paul.* retentâ eorum opinione commentatur in l. 14. D. de verbor. signif. Siquidem formæ identitas præstat identitatem essentiæ l. 8. §. 2. D. ad exhib. Et cujus rei eadem species non consistit, neque eadem res esse existimatur l. 76. infin. D. de judic. l. 7. D. de supell. legat ubi ait *Cellus, speciem potius rerum, quam materiem intueri oportere;* adeò, ut si navim Dominus dissolve-

solve
lios u
quidp
perpe
verf.
qui t
dum
cula
non
fin. X
l. 3 D
de pa
Rom
riatu
defin
fical
muta
esse l
miris
dibu
vium
E

solverit & ejusdem tabulas in a-
 lios usus converterit, fiat aliud
 quidpiam, nec eadem rursus in
 perpetuum esse possit l. 98. § 8.
 vers. nec simili D. de solut : aut
 qui tenetur arcem vel oppi-
 dum reddere, si ejus propugna-
 cula diruit, aut aliter corrupit,
 non reddidisse intelligatur cap.
 fin. X. de restitut. Spoliat. *Br.* ad
 l. 3 D. de act. empt. *Bl.* in l. 9. D.
 de pact. int. empt. & vendit.
Roman. cōs. 52. Quia cum mate-
 riatum transit in materiatum
 desinit esse, quod erat prius, &
 fit aliud, quemadmodum com-
 mutatione litis alia incipit res
 esse l. 3. C. ad exhibend. Quam
 miris sanè & se condignis frau-
 dibus *Pontificii Hassiæ Landgra-
 vium* omnis alienæ potentia
 im-

o-
 lle
 ix.
 æc
 o-
 &
 si-
 or-
 t-
 one
 er-
 i-
 m-
 ib.
 non
 esse
 de
 ubi
 um-
 ere-
 dis-
 ve-

*Pontifici-
orum ver-
suta.*

impatientem in casses suos re-
degerint, cum se cavisse, illi di-
cerent, ita, non quod omnino non
esset detinendus (transpositâ do-
losè unicâ literâ *Sintge* pro *E-
twige*) sed quod perpetuo id non de-
beret fieri carcere, superioris se-
culi historia posteritati igno-
tum esse noluit. His ita expedi-
tis hic loci non incommodè di-
scutienda sese offerunt nonnul-
la quæ sita. I. *Utrum expediat ipsos
Principes pacis tractationi inter-
esse?* Quod quia Principum con-
gressus periculosus, qui vix ab
invicem recedunt sine aliqua
æmulatione, invidia & indigna-
tione, *P. Greg. Tholozæ de Repub.
cap. 10. n. 14.* quippè cum suum
quisque bellum a superiori etiam
sermone, qui remissam quoque
ad

ad iram concitat: sicut è diverso sermo lenis omnem fremitum laxat Dio. 55. justum prædicet, suam causam sanctam nominet. Hoc etenim generaliter in omnibus ferè statibus controversiarum fieri adsolet, ut *neutra litigantium pars velit improba videri. Aristot. 3. Rhetor. & hæc bellorum natura esse, ut pars utraq; prætendat, se justam fove-re causam. Alciat. 8. cons 93.* Ex quibus contentionibus solent oriri rixæ c. 1. dist. 71. l. 20. D. de oblig. & act. rixas autem sequi sæpissimè homicidia l. ult. D. ad l. cornel. de sicar. negandum putarim cum *Ph. Commineo* lib. 2. cap. 8. qui septem confirmat exem-

exemplis tutum minus esse in
tractatione Principes ipsos in-
tervenire atque ad colloquio-
nem mutuam descendere, &
Job. Bodino de Repub. lib. 5. cap.
6. Quocirca antiqui oratores
suos mittebant

*Velatos ramis olea, veniamque
rogantes.*

Virgil. *Æneid.* II. Item lib. 7.
*Tum satus Anchisâ delectos ordi-
ne ab omni*

*Centum oratores augusta ad ma-
nia Regis*

*Ire jubet, ramis velatos Palladis
omnes.*

Olea pacis signum. *Olea namque pacis signum est, ge-
nes. 8. vers. II.*

Ideò scilicet, quod verba melius
ex oris fontibus fluant, quam
mandentur textis patris, & quod
ver-

verbis facundis iræ, consterna-
tio, arma cedant. *Val. Max* lib. 5.
cap. 1. ac placidi sermonis em-
plastro ægri offensorum animi
fanentur c. 17. 23. quæst. 8 nec
non eloquentiæ eruditæ sive
orandi majestati, quâ nihil Dii
immortales melius homini de-
derunt *Fab. Quintil.* lib. II. tam
immensæ vires sint, ut *Reges* quò
vult, ducat, populos trahat, & è ma-
nibus iratorum civium arma ex-
torqueat, ceu scripserunt veris-
simè *Nazianz.* ad *Vitellian.* &
Cc. in lib. de claris oratorib.
Quod & Poeta recentior metris
suis stabilivit.

*Edoctos de gente suâ legumq; pe-
ritos*

*Miserunt in castra viros, blandis-
que potentes*

Per.

*Maxima
vis elo-
quentiæ.*

*Persuadere modis: quorum ser-
mone disertis*

*Posse putabatur mitescere prin-
cipis ira.*

*Eloquen-
tia Con-
stantini.*

Cynea

*Demo-
sthenis.*

Atque hæc ita sese revera habe-
re; tum *Constantinus* Imperator,
qui, quod vix, aut multo sangui-
ne obtinendum erat, eloquen-
tiâ patravit, *Aurel.* in ejus vit-
tum *Pyrrhus* Epirotarum Rex,
qui plus urbiû sibi linguâ *Cynea*
Oratoris ac legati, quam armis
suis partum subinde professus est,
Plutarch. in *Pyrrh.* & *Val. Max.*
lib. 4. cap. 3. tum denique tota
Græcia, quæ *Demosthene* loquen-
te pacem bellaque suscepit, su-
scepta deposuit, foedera cum
Regibus junxit, juncta dissolvit,
uti auctor est *Sabellic.* lib. 1 ad sti-
pulatu suo jam pridem adserue-
runt. Cavenda tamen heic sunt
gnavi-

gnavi
sta f
sæpi
istius
nes, p
ableg
glige
ejus
tur,
rim
quæ
ant.
alias
plū r
Nun
mā i
tame
lonū
tatis
bitu
quio

gnaviter quorundam punica fa-
 cta sive imposterae, quibus hoc
 sapissimè contendunt, ut per
 istiusmodi *injectas spes, tractatio-*
nes, pacis mentiones & Oratorum
ablegationes, aut securum ac ne-
 gligentem reddant hostem, aut
 ejus consilia & vires expiscen-
 tur, aut etiam novo milite inte-
 rim, comiteatu, & reliquis
 quæ in rem opus sunt, sese instru-
 ant. Uti Scipio à græca calliditate
 alias abhorrens hujus doli exem-
 plū reliquit. Quanquā n. *Siphacis*
Numidarū Regi perniciē extre-
 mā intentissimè parabat; de pace
 tamē ad eū legatos & cum ijs ca-
 lonū loco primos spectatæ vir-
 tutis atque prudentiæ servili ha-
 bitu mittit, ut illi, dum in collo-
 quio legati essent, vagi per castra
 alius

Per pacis
mentiones
& tracta-
tiones se-
pe incauti
decipiun-
tur.

alius alia, aditus exitusque omnes, situm formamque universorum castrorum & singularum partium specularentur, moremque simul noscerent stationum ac vigiliarum, & pacis spe incautum improvidumve facerent hostem: At verò cum omnia parata sibi sensisset, tum nuntiat Regi, *se uno frustra tendente, nulli alij pacem placuisse*: redeundum itaque ad bellum esse *Liv. lib. 30.* Cujus quoque improbitatis reus arguitur *Henricus IV. Imperator*, qui pactis cum *Saxonibus* in biduum induciis, ut invicem de bello componendo consultarent, cum pacis spe securos milites per castra passim diffusos, corporisque deditos curæ cerneret, nil mali suspi-

susp
 &
 fere
 in cl
 ge t
 infic
 Cav
 nihi
 man
 plissi
 pot
 rea,
 Prin
 bitu
 men
 est:
 alter
 quid
 verò
 gati
 ligat
 ratu

suspciātes, præfestinò in quietos
 & inermes impetu facto, mi-
 sere trucidavit. *Hermold. Presbyt.*
 in chronic. Sclavor. cap. 27. Apa-
 ge fraudem vi fœdiorem, quæ
 insidiis justis propositi grassatur.
 Caveri itidem hoc oportet, ut
 nihil cum legatis geratur *sine*
mandato singularum rerum am-
plissimo & quam maximè fieri
 poterit, copiosissimo: propte-
 rea, quod quantumcunq, legati
 Principem suum rem ratam ha-
 biturum spondeant, nihil ta-
 men rectè, nihil tutò geri pot-
 est: quò fit, ut Princeps, quod
 alterius legatis promisit, ipse
 quidem teneatur præstare: is
 verò cujus nomine ac fide le-
 gati sponderunt, nullâ ob-
 ligatione obstrictus sit, quò usq;
 ratum illud habuerit? cum in-

M

ter.

terea incidere multa possint,
 quæ impediunt, quo minus
 pacta rata habeantur ut *Ludo-*
vico XII. Regi Francorum pa-
 cem cum, *Ferdinando* Hispani-
 arum Rege pangenti contigit.
Ludovicus enim in ea actione,
 pacis pro se sponsoderat, pro
Ferdinando autem ejus gener
Philippus Archidux Austriae,
 qui tabulas quidem procuta-
 torias amplissimas ostentabat,
 quibus se pacta generi rata ha-
 biturum certe pollicebatur,
 dum *Neapolitani* interim belli
 expectabat exitum, ut si ad-
 versa contigissent, ratam pa-
 cem ac *Ludovicum* obligatum
 haberet: sin prospera conse-
 querentur, pacta repudiaret.
 Quod deinceps ita factum, ut
 cum duobus præliis Hispani su-
 perio-

peri
 hæc
 spani
 rim
 potu
 6. n.
 II.
 char
 paci
 nire
 neg
 inst
 gno
 que
 tari
 con
 in h
 in l
 Gen
 que
 nita
 can

periores exstitissent, pactio ista
hæc rejecta fuerit, *negantibus Hi-*
spanis, Philippum sine speciali socce-
ri mandato promittere quidquam
potuisse Bodin de Repub. lib. 5. c.
6. n. 605.

II. *Nam capitula conventionum*
chartis commissa, seu mavis literas
pacis subscriptionibus & sigillo mu-
nire opus sit? Hoc quamvis itidē
negandum videatur, eò, quod
instrumenti subscriptione & si-
gno carentis validitas quando-
que in auctoritate tantum No-
tarii resideat per tradita Decij
conf. 146. quanto magis igitur
in hujuscemodi casu residebit
in Principum auctoritate? *Alb.*
Gent. de jur. bell. lib. 3. cap. 14.
quorū verbis solis propter dig-
nitatis excellentiam standū est,
can. fin. distinct. 97. & adfirmatio

ni pl9 fidei habendū, quā aliorū
 dejerationi *Jfocrat.* ad Nicocl.
 Attamen cum instrumentum ad
 cautionem & probationem
 conficiatur l. 17. C. de fid. instr.
 atq; subscriptio robur mai9 ad-
 dat scripturæ, ac idē quod scri-
 ptura propria operetur, *nec non*
deliberatam quandam enixamq;
denotet voluntatem l. 47. § em-
 ptori. D. de pact. l. 8 § 13. D. qui-
 bus mod pign. vel hyp. *Josepb.*
Masard. de probat. vol. 3 concl.
 1323. Sigillum quoque consen-
 sum expressum arguat, uti subin-
 nuit *Modestin.* in l. 26. § 1. D. de
 pignor. Proin satius erit, tam ut
 actus perfectior appareat, quam
 ut malitiæ & fraudi, *quā sine ra-*
rius invenitur homo, ac sine spina
piscis *Ælian* var. histor. lib. 10. oc-
 curratur, instrumenta pacis &
 sub-

sub
 præ
 mu
 casu
 stat.
 eod
 re o
 ver
 de a
 dum
 præ
 Pass
 Prin
 um l
 Cæs
 dan.
 I
 auct
 & a
 quoc
 ribus
 org.

subscriptione & sigillo munire,
 præsertim, cum hoc hodie uta-
 mur jure, sicut in alio loquitur
 casu *Javolen.* in l. 39. § 4. D. de
 stat. liber. & frequenter istud in
 eodem controversiarum gene-
 re observatum sit, ceu existant
 verba Alexand. Imper. in l. 3. C.
 de ædif. privat. Quemadmo-
 dum præ reliquis documentum
 præbet formula *Pacificationis*
Passaviensis, quam non solum
 Principes præsentis & absenti-
 um legati subscripserunt sed &
 Cæsar *Carolus* obsignavit, *Slei-*
dan. comment. lib. 24.

III. Num Pax inter ipsos belli
 auctores stabilita ad confæderatos
 & adherentes, (qui inde dicti,
 quod aliorum intentioni & ope-
 ribus adhæreant *Jacob.* de S. Ge-
 org. in tr. de feud. sub tit. de

confoed. & adhær, n. 9. si *specificè* eorum mentio non sit facta attendatur? Non contentiunt in hac lite determinanda. Interpretetes. Alii enim pacem stricti esse juris statuunt, instar transactionis, & propterea omissum pro omisso habendum *Bl. lib. 2. cons. 195.* Quidam verò distinguunt inter pacificationis verba, ita, ut si in rem fuerint concepta, includant; si in personam, excludant; adherentes. *Angel. in l. 47. D. de rei vindicat.* Nonnulli denique differentiam constituunt inter adherentes domesticos seu perpetuos, quales etiã sunt qui de feudis suis faciunt adherentias: ita, ut illos, non autem hos sub pactione generali comprehen-

fos

fos v
re m
quid
tio, e
ctior
deat
los, a
speci
bona
ut f
nes
tion
fæder
Jcto
ard. l
plissi
jus p
plect
press
tas &
gere,
cont

fos velint. *Perr. Bellus* in tr. de
 re milit. part. 10. tit. 2. n. 3. At v.
 quidquid sit, cū pacis conven-
 tio, etiamsi proxime ad transa-
 ctionis naturam, accedere vi-
 deatur, regulariter principes so-
 los, aut qui illorum loco sunt,
 spectet, & alioquin hos inter,
 bona fides in tantum exuberet,
 ut scrupulosas interpretatio-
 nes deq; juris apicibus disputa-
 tiones nuspiā fermē attendant,

Principes
fœdera sua regio magis more quā fœdera
Itorum exponentes, Fr. Guicci- *Regio ma-*
ard. hist. Ital. lib. 5. propter am- *gis more,*
plissimum pacis favorem, in e- *quam ju-*
jus pactione non ea solū com- *ridico ex-*
plectenda, quæ verbis sunt ex- *ponunt.*
pressa, sed ad alia etiā quæ æqui-
tas & boni viri arbitriū intelli-
gere, prætereā & in bonæ fidei
contractib; introducere solet,

Cuius. lib. 17. observ. 37. atque
adeò ad quosvis confœderatos
sive complices, nisi stipulatio-
nis, quæ strictissimi juris est, &
de persona in personam non
porrigitur l. quicquid ad-
stringendæ 99. D. de verb. obli-
gat. in continenti adjectæ vis,
& paciscentium utilitas manife-
stè aliud suadeat, extendenda
esse; tum humanitati, tum veri-
tati, tum vero rudi, simplici &
magnanimo negotio bellico
magis convenire opinor.

III. *An sumtus belli à victa
parte restituendi, si nulla eorum
mentio facta? Quod sentio. Si e-
tenim in disceptatione forensi
receptum, ut injustam litigandi
causam habens vi juridicæ pro-
nuntiationis refundere expen-
sas*

fas v
quan
& pe
para
C. d
Lud
Nico
mag
ptat
ubi v
men
statu
in l.
bini
impe
præf
quip
refo
mul
stitu
ipfas

fas victori teneatur, cum primis,
 quando is victus qui lite mota
 & potuit & debuit melius se ad-
 parare per l. 3. ubi *Alber. de Rosat.*
C. de fruct. & expens. Joseph.
Ludov. part. 1. decis. Perus. st.
Nicol. Boer. decis. 220. quanto
 magis hoc obtinebit in disce-
 ptatione militari sive violenta,
 ubi victor de litis bellicæ argu-
 mento & de ejusdem justa causa
 statuendi habet arbitrium *Jason*
 in l. 1. D. de pact. Sicut olim *Sa-*
bini impetratâ pace, quidquid
 impensæ in bellum factum erat,
 præstare cogebantur *Liv. lib. 2.*
 quippè cum alias favore pacis
 reformandæ & conservandæ
 multa contra juris regulas con-
 stituta sint *Roman. cons. 126.* vel
 ipsas quandoque leges transgre-

M s admodum di

tque
 atos
 atio-
 st, &
 non
 ad-
 obli-
 e vis,
 nife-
 nda
 veri-
 tici &
 ellico

vicia
 rum
 . Si e-
 orensi
 gandi
 e pro-
 xpen-
 fas

*Pacis cau-
sa princi-
pes, subdi-
tis dam-
na remit-
tere pos-
sunt.*

si liceat *Alciat.* lib. 5. respons. 23. n. 6. adeò ut arbitratores etiam pro pacis bono se extendere ad rem non comprehensam in compromisso queant, *Cephal.* conf. 121. Principique remittere damna nec non iniurias particulariter & universaliter subditis illatas, permissum sit. *Fortun. Garcia* ad l. conventionum 5. D. de pact. n. 6. ut de iis nec civiliter, nec criminaliter agere unquam possint *Raphael Fulgos.* ibidem n. 4. Spectat enim ad debitum subjectorum ratione fidei, ad quam tenentur placita Dominorum implere c. 24. 23. quæst. 5. etiam si iniqua quodammodo sint, saltem ad pacem conservandam faciant, velut prudenter monebat *Tullius*, acta cesaris servanda.

*van
quis
quo
mè
Phil
rati
da,
gnu
Pen
vil.
veri
Qui
(a)
litu
veni
non
rei.
jura
verf
40.*

vanda censeo, non quod probem,
 quis enim id quidem potest, sed
 quod rationem habendam maxi-
 mē arbitror pacis & otii, in orat.
 Philip. 15. cum alias mala sint
 ratione boni connexi sustinen-
 da, c. 27. dist. 81. c. quam ma-
 gnum 10. 23. quæst. 4. Luc. de
 Penn. ad l. fin. C. de loc. præd. ci-
 vil. lib. 12. Hic illud fortassis
 verificatur,

*Quidquid delirant Reges plectun-
 tur Achivi.*

(a) Maximum remedium
 litium expediendarum in usum
 venisse jurisjurandi religionem
 non solum Gaius in l. 1. D. de ju-
 rei. & Julianus, qui interposito
 juramento ab omni contro-
 versia discedendum ait in l.
 40. D. eod. Jcti tradunt;

M 6

sed

sed & D. *Paulus*, sive quisquam,
 alius fuerit, jusjurandum *πίσις*
ἀντιλογίας πέρην appellat in e-
 pist. ad Hebræos cap. 6. v. 16.
 Quod usque eò verum, ut ejus-
 dē interpositione gravissimas e-
 tiam bellorū lites haut rarò sopi-
 tas, pacemq; firmatam, exemplis
 compluribus & vetustissimis e-
 rudiamur. Sufficiat ex infinitis
 unum & alterum attigisse. De
 pace quam *Abimelech* cum *Jsa-*
aco fecit, dicit textus Genes. 26.
 vers. 30. Fecit ergo eis *Jsaac* con-
 vivium & post cibum ac potum
 surgentes mane *juraverunt* sibi
 mutuò, dimisitque eos pacificè
 in locum suum: item de pace
Jonathæ cum *Bacchide* lib 1. *Mac-*
cab. cap. 9. vers. 70. & seqq. ubi
 autem hoc *Jonathas* cognovit,
 misit

*Pax inter
 vetustissi-
 mos jure-
 jurando e-
 firmata.*

misit legatos pacem compone-
re cum ipso & reddere ei capti-
vos, & libenter accepit, & fecit
scilicet verba ejus *juravit* q̄ nihil
mali facturum ei omnibus die-
bus vitæ: quò etiam illud Poetæ
pertinet.

*Tunc proceres stabilem jurando
nectere pacem*

*Rektor, & adjectâ certo sub nomi-
ne pœnâ,*

*Italicas latè jussit vagare per
urbes.*

Quamvis verò nullum debeat
esse discrimen inter loquelam
simplicem & adfirmationem re-
ligiosam c. juramenti. 22. quæst.
5. maximè inter Principes, qui-
bus sermo pro lege, fides pro o-
raculo: *Reinwald.* conf. 13 n. 20.
& seqq. quemadmodum *Isocra-
tes*

am,
d'ons
in e-
r. 16.
ejus-
as e-
fopi-
mplis
nis e-
initis
De
Jsa-
f. 26.
con-
otum
sibi
cificè
pace
Mac-
q. ubi
ovit
misit

tes istud in *Evagora* multūna
 laudat, quod servaret ὁμοίως
 τὰς ἐν τοῖς λόγοις ὁμοιογίας,
 ὡς περὶ τὰς ἐν τοῖς ὀρκοῖς tamen
 metu divini numinis l. 8. in pr.
 D. de condit. justit. quod solum
 jurejurando obtestari lex divi-
 na præcipit *Exod. 23. Deut. 6. &*
10. Matth. 5. efficacius est & fir-
 mius pignus c. omne, 22. quæst.
 1. ac solidius subsistit juramento
 conglutinata, quam sine cortice
 & nuda promissio cap. debitores
 6. Ext. de jurejur. Vnde in casu
 confirmandæ pacis tanquam
 re ardua ad evitandas cavillati-
 ones non sufficere reor, si quis
 juraverit bey Fürstlichen Ehren
 vnd Würden, quanquam hæc &
 similia verba juramentum in-
 ducere inter Principes vel ju-
 ramentum.

*In rebus
 arduis so-
 lemne re-
 quiritur
 juramen-
 tum.*

ramento æquipollere in Came-
 ra receptum sit, testibus *Gail.*
 lib. 2. observ. 59. & *Mynsing.* ob-
 servat. 17. cent. 1. neque etiam, si
 quis cum clausula loco jura-
 menti, *Jch verpflichte mich an*
Eydes Stadt/ se servaturum
 conventa stipulatus fuerit. Ubi
 namque nominis divini non
 est invocatio, ibi nullum solen-
 ne & verum juramentum *VVe-*
senb. in parat. de jurei. n. 2. ita
 ut faciliter negligi & propter
 tantas hominum fraudes, tot in-
 mentibus latebras, tantosq; re-
 cessus, quib9 fidei violandæ oc-
 casio quæritur, idem negotium
 novis postmodum queat disce-
 ptationibus involvi.

Quapropter non immerito *Graci fœ-*
 apud Græcos ille ritus inole- *dera in*
 vit, ut nec fœdera cōtraherent, *templo*
contra he-
nec bant.

tuna
 ois
 yias
 amen
 in pr.
 olum
 divi-
 6. &
 & fir-
 quæst.
 mento
 tice
 tores
 a casu
 uam
 illati-
 i quis
 hren
 hæc &
 m in-
 el ju-
 men-

*Item Ro-
mani.*

nec pacem stabilirent, nisi in templo quasi Deorum praesentia
Alex. ab Alexandr. lib. 5. cap. 10.
Idque factitasse Romanos Tran-
quill in Octav. Augusto, dum
Barbarorum Principes in aede
Martis ultoris illum jurare cog-
gisse memorat, cap. 21. ut ma-
nerent in fide & pace, quam pe-
tierant. Quod M. Cicero itidem
innuit in orat. pro C. Balbo, &
ad aras accedebant &c. & Virgil.
Aeneid. 12.

*Tango aras mediosq; ignes, & nu-
mina testor*

*Nulla dies pacem hanc Italiam, nec
foedera rumpet,*

Quo res cunq; cadent. &c.

Atqui generaliter tenendum
esse in casibus publicis & imperii
gravissimis, ut solenne juramen-
tum

tum præferatur promissioni etiam firmiter factæ, & æquipollens non facile admittatur, monet *Warem. ab Erenb.* de foeder. lib. 2. n. 159. edocentibus hujus rei observantiam non tantum à multorum rerò seculorum decursu repetitis, sed vel recentioribus exemplis. Illa vetustiora sunt & remotiora, quod *Otto IV.* & cæteri *Principes Imperii* pacem terrâ marique servandam, omnes injustas vectigalium exactiones summovendas, omnia dein jura à *Carolo M.* instituta, observanda & tenenda jurisjurandi religione firmarunt, *Gothofred. Monach.* ad annum Christi 1028. Moguntia *pax jurata*, vetera jura stabilita, novaque sancita, Idem ad annum

Otto IV.
Imperator
& reliqui
Imperii
Principes
iureju-
rando fir-
mans pa-
cem.

*Item Ludovicus
Bavarius.*

*Pacificatio religiosa
solenni obtestatione
roborata.*

annum 1235. *Ludovicus Bavarius* generalem pacem in *Alemania* fecit, in *Suevia, Bavaria, Franconia* & circa *Rhenum*, qualis antea longo tēpore citra nō est audita; quā *juramentis* suis firmaverunt principes, Domini & civitates, & speciales iudices hujus pacis dati sunt uti ex *Henr. Monachi* in *Rebdorff* historia ad annum 1345. recenset *Knichen* de Sax. non provoc. jur. cap. 2. p. 83. Hoc recentius est & propinquius, quod *Cesar, Electores* & reliqui imperii *ordines* pacificationem religiosam hac solenni obtestatione in Wort der Wahrheit / per quod verbum veritatis intelligo Salvatorem Christū, qui est *ὁ λόγος καὶ ἀλήθεια* Joh. cap. 1. & cap. 14. firmarunt *R. A. de Anno 555. in 5 Bnd* wir die

die Berordneten/ Cogitent igitur aulæ Romanæ Parasiti de-
 ceptionum artifices, falsitatis fi-
 guli, quam piè & bene fecerint,
 dum nullibi magis ingenii vi-
 res periclitati sunt, nullibi frau-
 dum, commentorū & fallaciarū
 machinas enixius moverunt,
 quam in subruendo hoc pacis
 & concordie Atlante: cogi-
 tent, si quid acerbius illis hodie
 evenit, quam soleant severiori
 animadversione scelera vindi-
 cari illorū, qui nomine divino
 fraudulenter & cōpendio quæsito
 abutūtur. Vobis certè, qui numinis
 metū semel abjecistis, eò minus cre-
 dendū, quo gravior vos jurejurā-
 do obstrinxeritis. Inter Henricū
 V Imperatorem & Pontificē Pa-
 chatē perceptione corporis & san-
 guinis dominici pacem firmatam

Peculiaris
 modus san-
 ciendi pa-
 cem.

Bavarius
 Aleman-
 varia,
 um, qua-
 citra nō
 entis suis
 Domini
 s iudices
 ex Henr.
 storia ad
 nichen de
 cap. 2. n.
 propriu-
 ctiores &
 pacifica-
 solenni
 er Bar-
 veritatis
 Christū,
 an Gea-
 marunt
 Und wir
 die

in collectaneis suis notarunt
Sigebert. Gemblacensis & Cuspi-
nianus, qui Pontificem Impera-
 tori panem benedictum porri-
 gentem his verbis memorabili-
 bus usum addit, *Hoc corpus na-*
tum ex Maria virgine, passum pro
nobis in cruce, sicut sancta & Apo-
stolica tenet Ecclesia, damus tibi in
confirmationem verae pacis inter
me & te. An & cur ille modus
 firmandi pacem præposterè i-
 mitandus, cum cœna Domini-
 ca in hunc finem & usum insti-
 tuta nequaquam sit, haut video.
 Sed manum de tabula. Illa ad
 Theologorum scholam, hæc ad
 præsens propositum pertinet
 non exigui ponderis, & à Dd.
 sollicitè admodum agitata con-
 troversia. *Num in captivitate*
jurat.

juramentum super pacis capitulatione prestitum à principe eundem obliget? Negativam plerique arripiunt hanc potissimum ob rationem, quod sit expediti juris omnem promissionem, obligationem & contractum à carcerato factum propter vim & justum metum irritum, inanem nulliusq; momenti censei per text. in l. 22. D. quod met. caus. Quia ubi non est libertas corporis, ibi non praesumitur esse libertas mentis Alex. cons. 241. in fin. n. 10. vol. 6. At verò cum illi ipsa infirmitatis suae limites arctè constringant, ac inter illos justè carceratum contineri nolint, cur ejusdem esse opinionis contendam, praegnantem nulla moveorratione. Praeterquam enim, quod

Ratio dubit.

Ratio decid.

quod hujus quæſiti decifio ex
publico potius faciali, quam pri-
vato Romanorum jure petenda
 fit, ut exēplis doctè demonſtrat
 Bodin. de Repub. lib. 5. cap. 6. &
 edictum Prætoris in Principe
 tanquam viro forti, cui vis nul-
 la inferri, nec ullus adferri me-
 tus poteſt Cic. lib. 3. de offic. ſi
 ſummi Ducis nomen & provin-
 ciam cū laude ſuſtinere ac for-
 titudinis gloriam adfectet, lo-
 cum non inveniat, neque is
 metus exceptionem magis
 prætere valedat, *quam igno-*
rantiã juris, qui jus profitetur
 l. 2. § 43. D. de origin. jur. cer-
 tum eſt atque indubitatum,
 omnem in bello metum eſſe ju-
 ſtum, omnemq; captivitatem
 licitam. Siquidem viribus quis-
 quis

quis
 cere
 arm
 agit
 de r
 ut f
 reat
 si ip
 4. d
 Præ
 salt
 con
 dita
 eto
 lint
 unu
 bet
 lari
 an.
 vic
 leg

quis potentior æquiora & fa-
 cere & dicere putatur: quod vè
 armorum vis in impotentiores
 agit, justum undiq; videtur. Vn-
 de naturæ consentaneum esse,
 ut fortiorib; imbecilliores pa-
 reāt, *victiq; ferant, quod fecissent,*
si ipsi vicissent, statuit *Plato* lib. *Rationis*
 4. de legib. Cessabit ergò hic *dubit.*
 Prætoris edictum, quod metu *profliga-*
 saltem injusto gesta rescindit & *tie.*
 consequutivè juramenti invali-
 ditas. Quinimò si toties ex| edi-
 cto Prætoriano actionem ve-
 lint instituere principes, quibus
unus calamus, una esse lingua de-
 bet: immobilis ut lapis angu-
 laris, ut polus in coelo &c. Deci-
 an. cons. 286. quoties victores
 victis dant & præscribunt pacis
 leges, proh Deū! quando solida,
 voca

*Papa Cle-
mentis
VII. cavil-
lacio.*

*Gallia
Œti in-
eptè re-
sponde-
runt.*

vera & perpetua demum pax
ſperanda, cum una nunquam
non pacis violandæ cauſa op-
poni poſſit, quod vi ac metus
cauſa? Quapropter exploden-
denda Papæ *Clementis VII.* ca-
villatio, rem eſſe dicentis indi-
gniffimam, ut probaret *vivus,*
quæ pepigerat mortuo, id eſt, ut ea
quæ pepigiſſet captus, proba-
ret liber factus *Guicciard. hiſt.*
Ital. lib. 8. & cenſoriâ omnino
vingue pungendum Gallia Œto-
rum reſponſum, quô in cauſa
Franciſci I. Regis ſui, qui capti-
vus cum *Carolo V.* pacem in-
jerat, promiſſis metu non ſtan-
dum exemplo *Johannis Cypri*
Regis, qui à *Genuenſibus* captus
obſidem filium dederat, nec ta-
men promiſſi fidem expleverat,
ineptis

inc
me
lun
lib. 9
poti
rem
iſtuc
Fran
plun
is etc
ptiv
quæ
non p
cauſa
fidem
refer
ſtor. A
dam
les &
culen

ineptis multum muniti argu-
 mentis adseverantius consu-
 lunt, vel ipso *Bodino* Gallo teste
 lib. 5. de *Repub* d. cap. 6. cum
 potius in contrariam & verio-
 rem sententiam domesticum
 istud *Johannis*, qui atavus fuerat
 Francisci, Regis Galliaë, exem-
 plum illos dimovere debuisset:
 is etenim post quadriennij ca-
 ptivitatem datis obsidibus, cum
 quæ receperat, effectui dare
 non posset, officii retinendi
 causa ad carceres redire, quam
 fidem turpiter delerere maluit,
 referente *Polyd. Virgil.* lib. 19. hi-
 stor. Anglic. non secus uti quon-
 dam *Attilius* Regulus ad crude-
 les & infestos Deos, imò ad tru-
 culentissimum hostem & exqui-
 sitissima

*Laudata
 promissi
 fides in
 Johanne
 Gall. R.*

*Et Attilia
 R.*

N

sitissima

pax
 uam
 op-
 netus
 den-
 ca-
 indi-
 ivus,
 ut ea
 oba-
 hist,
 nino
 ICIO-
 aufa
 apti-
 m in-
 stan-
 Cypri
 aptus
 ec ta-
 verat,
 neptis

sitissima supplicia reverti potius duxit, quàm officium suum negligere aut jurisjurandi religionem contaminare. Sabell. lib 5.

Obsides
describuntur.

(c) Quasi obsides, qui fidei publicæ servandæ causa Principi aut duci exercitus dantur, uti post *Donell.* comment. lib. 6. cap. 5. describuntur ab *Alb. Gentil.* de jur. belli lib. 2. cap. 19. sive ut crassiori illos penicillo depingit *Fel. n.* in cap. 9. X. de jurej. Sunt persona ad finem hunc constituta & data, ut metu custodia, coarctationis, imò vitæ periculo dantes strictius obligentur. ad conditiones servandas. Istud namq; periculi subeunt obsides, ut si desciscant à fide, qui dederunt, etiam occidi valeant. Quo- circa cum *Volsci* fidem fefellissent,

Volscorum
& **Romanorum** obsides puniuntur.

sent, Romanos 300. Volscorum
obsides securi percussisse; &
Thessalos aliquando 250. Ro-
manos è medio sustulisse me-
minerunt *Halicarn.* lib. 6 & *Liv.*
lib. 2.

Quod licet iniquitatis non-
nihil & acerbitatis videatur
habere, punire videlicet, qui
haut quidquam commiserunt;
quandoquidem *pœna tenere au-*
ctores cap. 2. Ext. de his quæ fi-
unt à major. & *noxæ caput se-*
qui l. 1. in fin. D. de priv. delict.
l. 18. D. de furt. l. 17. § 7. D. de
injur. atque ibi pœna esse debe-
at, ubi noxia est, l. sancimus 22.
C. de pœn. expedit tamē in bel-
lieo hoc negotio etiā ab his sup-
plicium sumere, ut *fides rerū pre-*

N 2

tiosis-

i poti-
um ne-
religio-
lib 5.

ui fidei
sa Prin-
ntur,

nt. lib.

ab Alb.

cap. 19.

nicillo

X. de

m hunc

tu custo-

periculo

ad con-

namq;

es, ut si

derunt,

Quo-

fefellis-

sent,

tiosissima & jus militiae delicatissimum asseratur, nec non pœna paucorum sit, metus multorum l. i. C. ad l. Jul. repetund. l. 16. § fin. D. de pæn. c. 47. 2. quæst. 7. Atqui hic oportune locum sibi vindicat istud Taciti; *habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra singulos utilitate publicâ rependitur*, annal. 13. Sic enim venerunt obsides: proinde pœna ex conventionem æquè justa est, ac si ex culpa vel delicto irrogeretur.

Hodie obsides non occiduntur.

Quamquam hodie desitum esse obsides occidere dicat *Bodinus*, quasi nimis sæpè cædes istæ atroces patrandaessent innoxiorum obsidum, si perfidia sic aliena semper vindicaretur; cum è contrario potius adseren-

ren
den
vin
rè d
jur.
aut
gite
si cl
enir
ut a
non
turp
Que
rum
mar
des
mar
dem
fert
min
â sui

rendum desitum esse servari fi-
dem, postquam omitti perfidia
vindictio coepta est, ut praecle-
re & verè censet *Alb. Gentil.* de
jur. bell. lib. 2. cap. 19. Minus
autem rigidè cum obsidibus a-
gitur, licet morte mulcentur,
si clam fugà se subripiant. Cum
enim dati sint ex conventionem,
ut apud hostes commorentur,
non poterunt hanc absque
turpitudinis crimine fallere.
Quod experimentis & poena-
rum gravitate contestatos Ro-
manos, qui *Tarentinorum* obsi-
des fugientes retraxerunt Ro-
mam, ac virgis diu caesos tan-
dem de *Tarpeio* dejecerunt, re-
fert *Liv.* lib. 25. Hinc etiam non
minus citra perfidia probrum
à suis recipi queunt, quam re-

N 3

cipere

*Tarenti-
norum ob-
sides de
Tarpeio
dejecti.*

cipere rem pignori datam potest Dominus sine furti crimine . 12. in fin. l. 66. D. de furt.

Hodie melior est conditio Obsidum.

Olim jure Romano statu immutato *captivorum instar* habebatur, ceu elucescit ex l. 31. D. de jur. fisc. ita ut elogia conderultima haut possent l. obsides. ii. D. Qui testam. facer. nisi accepta licentiâ, & concessio à populo vel Principe (quoniam testamenti & togæ usus juris publici est, & peregrinis non competit Cuiac. ad d. l. ii.) togæ usu l. 32. D. de jur. fisc. Hodierna verò consuetudo, utpote rerum magistræ honestior, obsides nec à contractibus celebrandis repellit, nec à testamenti factione

ne
exi
gni
Wa
i. n
cui
tiss
lite
libe
qu
ad
um
mon
suor
tur
pho
E
duc

ne remouet, siquidem magnæ
 existimationis, splendidae di-
 gnitatis, & lautioris fortunæ,
Warem. ab Erenb. de fœder. lib.
 i. num 170. & quos carissimos
 cuique natura esse voluit, po-
 tissimum constitui solent; qua-
 liter Hispani olim Romanis
 liberos suos obsides dabant:
 quod *unum pignus inclinatos*
ad Romanam societatem omni-
um Hispanie populorum animos
morabatur ne sanguine liberorum
suorum culpa defectionis luere-
tur, ut præter alios historigra-
 phos testatur *Liv. lib. 22.*

Et *Franciscus* Galliarum Rex
 duos innocentiũ annorũ filiolos

N 4 Fran-

Clælia
Romana
virtus.

Franciscum & Henricum regni hæredes in Hispania obsides relinquebat, *Sleidan.* lib 6. *Fæminas* etiam & *virgines* obsides antiquitus receptas in fidei pignus ex *Livio* probatur, qui *Clæliam* (quam, cum custodes frustrata, dux agminis virginum inter tela hostium Tiberim tranasset, fospitesque omnes Romam ad propinquos restituisset, Romani ob heroicæ animi virtutes pace cum hostibus redintegratâ equestri statuâ honorarunt) aliasq; aliquot virgines Etruscorum Regi *Porfena* obsides datas meminit, lib. 2. & *Tacito*, qui *Armenia* Regem *Parthis* filiam tradidisse obsidem annotat, *annal.* lib. 5.

Sed num satis tutum sit & consultum

ful
obs
vis
Sax
con
in
re,
pro
C.L
diti
biis
pig
de
Qu
stio
jori
imi
die
dur
cur
id

*sultum uxorem vel filiam alteri
obsidem dare, honoratiores qui-
vis jam pridem dubitarunt?*
Saxones quidem antiquiores
constantissimo animi decreto
in strictos hostium enses irruere,
& cum ipso sanguine vitam
profundere maluerunt, quam
C. Lothario pacē sub isthac con-
ditione annuente, conjuges du-
biis prosperisque rebus socias *Saxonem*
pignoris loco offerre, *Aimon. animosi-*
de reb. gest. Franc. lib. 2. cap. 27. 1. et.

Quam animi & consilij hone-
stioris promptitudinem in ma-
joribus seculorum superiorum
imitati Principes, nec non ho-
die videntur imitari magnates,
dum nulla hujus rei exstant oc-
currantque exempla, suadente
id naturali in sexu sequiori pu-
dore,

N 5

dore,

dore, qui virorum catibus ma-
 tronas, quarum *præcipua laus tu-
 eri domum & inservire liberis,*
 interesse, rescribente Constant.
 in l. 21. C. de procurat. & omni-
 bus sese manifestare non per-
 mittit, 14. C. de contrah. & com-
 mit. stipul. Quinimò antiquis-
 simis quoque temporibus fœ-
 minas ab obsidum functione
 immunes fuisse evidenter in-
 dicat *Sueton.* qui Octav. Au-
 gustum à quibusdam barbaro-
 rum Principibus novum ge-
 nus obsidum fœminas exigisse
 memoriæ prodit, in August.
 cap. 21.

*Utrum verò obsides in unam
 dati causam in aliam queant re-
 tineri, non inutiliter fortè qui-
 spiam*

spiam quaesierit. Quod infi-
 ciandum puto hac unâ ratione
 motus: quia obsides sunt quasi
 pignus: ut enim hoc in re de-
 bitoris constituitur propter
 securitatem sive contractus fi-
 dem & crediti restituendi vin-
 culum, § fin. justit. quib. mod.
 re contrah. oblig. l. 9. in fin.
 D. de supell. legat. ita etiam
 illi traduntur imperio alicujus
 eâ conditione, ut recipientes
 sint in tuto *Br.* in d. l. Divus
 3. D. de jur. fisc. At si in sor-
 tem duntaxat vel usuras obstri-
 ctum est pignus, eo solutus
 propter quod obligatum pignus
 est, locum habet pignoratitia,
 ceu commentatur *Ulpianus* in l.
 II. § 3. D. de pignor. act. Ergo idē

N. 6 quoque

ibus ma-
 a laus tu-
 re liberis,
 Constant.
 & omni-
 non per-
 n. & com-
 antiquis-
 ribus fœ-
 unctione
 enter in-
 tav. Au-
 barbaro-
 vum ge-
 s. exigisse
 August.

in unam
 ueant re-
 fortè qui-
 spiam

quoque obtinebit in obsidibus,
ut impletâ vnâ speciali causâ,
ob aliam non possunt retineri,
quemadmodum in eiusmodi
casu consuluit *Bl.* lib. 5. cons. 90.

*Quid sit
exercitus?*

(d) Qui est, tracto nomine
ab exercitatione, quemadmo-
dum notat *Ulpianus* in l. 1. § fin.
D. de testat. milit(quia nume-
rus militum exercitatur subin-
de, sive, ut *Ictus* loquitur, ad
exercitationem producitur in
l. 2. § ult D de re mitit. scilicet,
ut exercendo melior fiat, *Varro*
lib. 4 de lingu. lat.) cæterum militaris
sine definito numero uni duci
subjectus. Sic *Ulpianus* exercitû
inquit, non unam cohortem,
neque unam aliam dicimus, sed
numerum multos militum Nam
exercitui præesse dicimus, qui
regionem vel legiones cum suis
auxiliis

auxiliis ab Imperatore commissas administrat, in l. 2. § 1. D. de his qui notant. infam. Hic simul ac bellum desijt perfolutis stipendiis datisque testimoniis seu literis publicis, quas nostrates *Pasbort* vocitant, præsertim si advenis peregrinis constet militibus exautorandus & dimittendus est; ne in illam ipsum, cuius sumtibus & subsidiis conscriptus ac sustentatus, motis seditionum turbis, præsertim soluto militiæ vinculo, id est, iurejurando, quod se fidemque suam & obsequium singuli obstrinxerant, latrociniis infestet, & prædas, & subditorum cædibus & rapinis agat; aut demum post extincta incendia ex cineribus quasi
 flam-

*Quando
 Et quomodo
 dimittendus.*

libro,
 ausâ,
 neri,
 nodi
 f. 90.
 mine
 lmo-
 s fin.
 ume-
 ubin-
 ur, ad
 ur in
 licet,
 Varro
 titaris
 duci
 ercitu
 tem,
 is, sed
 Nam
 s, qui
 m suis
 auxiliis

flammam resuscitet, novoque
 bello reiterando occasionem
 præbeat. *Sunt enim milites fer-*
me omnes (deijs sermo mihi, qui
 tanquam urbium suarum pur-
 gamenta spe luceili tantum in
 bellum confluunt, nullas si opo-
 sit, aut pro patriâ aut religione
 defendenda, gratuitas cicatri-
 ces domum relaturi) *ad prædam*
avidis, divini & humani juris im-
memores Tacit. annal. lib. 2. o-
perum & laborum ignari, po-
pulationibus tantum lætantes,
Idem annal. II. rapere prope-
rantes quâ sacrum quâ publi-
cum Plaut in Trinum. omnium
bona suam prædam ducentes
Cic. verrin. 5. adeo, ut quamvis
aspero interdum & abscisso
castigationis genere coercean-
tur,

tur & instar victimarum, cum
opus fuerit, immolandarum
alantur, cum anima tamen
venali nihil quod sibi vel aliis
expediat, aut quæ ad pacem
sint, desiderent. Non adfir-
mabo num conveniat cum
vero, vel aptè huc quadret,
quod in sententijs legitur *Phi-*
lexonis Comici.

ἔτε γὰρ ἰατροῦς, ἔδὲ εἰ ἀνδρῶν
σκοπῆς
τὸς αὐτὸς αὐτὸς βέλεθ' ὑγιαί-
νειν φίλος,
ἔτε στρατιώτης πόλιν ἀρᾶν αὐδὲ
κακῆς.

De Medicis peritis ali-
ter & honestius meritò omnes
sentiunt.

sentiunt. De militibus hæc Senecæ solertissimi sententia est: *quid habebunt milites, si suum quisq; habuerit?* Quærentibus olim de salutis æternæ adipiscendæ remedio, respondit divus Baptista, ἀρετῆς τῆς ὀψονίως ὑμῶν Luc. cap. 3. versu 14. Si superioribus annis quæsitus respondisset, estote contenti *contributionibus*, plerique nihilominus ab angustissimo beatitudinis calle longius aberrassent, *ita nullius res tuta, domus clausa, via septa, pudicitia munita contra eorundem cupiditatem fuit & audaciam. Cic. verrin. 5.*

*Nuptiæ
pacis conciliatrices.*

(e) Has etenim *pacis* redintegrandæ *conciliatrices* crebro existisse, & quasi arrhas esse rescripto suo significat Nicol.

Papa

Papa in cap. 2. Extr. de despon-
 fat. impub. ita ut commodè
Duarenus Jctus celeberrimus
 dixisse mihi videatur, & comæ-
 dias & bella eisdem plerumq;
 fortiri exitus scil. matrimonia,
 de rit. nuptiar cap. 3. Nam non
 aliter, ac inter fortis privatæ
 homines multi novâ adfinita-
 tate, cujus conjungendæ causa
 fit ex nuptiis, quando videlicet
 duæ cognationes, quæ diversæ
 inter se sunt, per nuptias copu-
 lantur, & altera ad alterius co-
 gnationis finem accedit, ut in-
 quit *Modestin.* in l. 4. § 3. D. de
 grad. addicti veteres sæpè ini-
 micitias deponunt, *Cic.* pro
 Cluent: Sic quoq; ut Magna-
 tes inter contracta per nuptias
 adfinitate & bella acerbè exer-
 cita

cita componerentur, & pace
 redditâ restituerentur ac am-
 plificarentur imperia, necessi-
 tudinesvè adaugerentur, mos
 priscis fuit firmissimus *Dionys.*
 lib. 2. uti & *Alexander* in *Roxa-*
wis eximiae pulcritudinis vir-
 gunculae amorem effusus verè
 pronuntiabat, *ad stabiliendum,*
inquiens, regnum pertinere
Persas & Macedonas connubio
jungi: hoc uno modo & pudorem
victis, & superbiam victoribus
detrahi. apud *Curt.* lib. 7. Ideò
 enim *Agar* Cyrenarum Rex ad-
 huc vivens *Berenicem* unicam
 filiam filio *Ptolomei* fratris de-
 spondebat, ut discordias tolle-
 ret, & necessitudinis vincula
 firmiter colligaret: *Justin.* hist.
 lib. 2. Et *Tarquinus*, ut Latinos
 sibi

sibi conciliaret, Oct. Manilius
 Latini nominis Principi filiam
 in uxorem dabit Liv. lib. 1. Ti-
 berius Grachus ut animi affe-
 ctum ab odio ad gratiam defle-
 xum & offensarum acerbita-
 tem depositam testaretur, Afri-
 cani, à quo non vulgari odio
 dissidebat, filiam Corneliam
 matrimonio sibi iungebat, Val.
 Maxim. lib. 4. cap. 2. Sed quid
 vetera isthæc conquirō, & me
 quasi in obscurum aliquod an-
 tiquitatis antrum concludo?
 Bellum inter Gallos & Hispa-
 nos acerrimum Isabella Valesia
 cum Philippo II. item inter
 Gallia Regem & Subaudos pu-
 ellæ ex regia stirpe cum Subau-
 diæ Duce nuptiis extinctum
 fuisse. Familiam Austriacam
 augustis-

pace
 am-
 cessi-
 mos
 ionys.
 Roxa-
 vir-
 verè
 dum,
 vere
 nubio
 loyem
 ribus
 Ideò
 x ad-
 cam
 s de-
 olle-
 ula
 hist.
 inos
 sibi

*Eleonora
Caroli V.
soror jun-
gitur
Franciscq
Gall. regi.*

augustissimam primum *Maria*
Ducis Burgundiae filiae, dein
Jobanna Hispaniarum Reginae
cum *Philippo* Maximiliani I.
Imperatoris filio nuptiis ad
eam, quam nunc vidimus & ha-
ctenus admirati sumus, magni-
tudinem erectam, Inter *Caro-*
lum V. & *Franciscum* Galliae Re-
gem funestissimi belli turbas
praesidio *Aloisiae* Francisci ma-
tris ac *Margaritae* Caesaris ami-
tae & interventu connubialium
vineulorum cum *Eleonora* Cae-
saris sorore, *Sleidan.* lib. 6. tan-
dem sedatas nemo, nisi puer, &
qui viventium libros nondum
inspexit, ignorare potest. O
beatas merito nuptias, & ma-
gnificis laudum titulis caelote-
nas

nus extollendas, quæ post fœ-
 dissimam bellorum tempesta-
 tem subditis jucundissimum
 pacis solem reducunt! O dete-
 standos vero & infelicissimos
 hymenæos Antonini Caracallæ
 Imperatoris, qui in Persidem
 numerosiori comitatu profe-
 ctus, ut Regis Artobani filiam,
 quam pace cum Parthis factâ
 in matrimonium sibi poposce-
 rat elocari, ut scilicet sanguinis
 propinquitate velut tenaciori
 glutino amicitia magis coale-
 sceret, ad conjugalem thorum
 laresque Imperiales deductu-
 rus, tabulis jam confectis &
 dote dictâ, focerum eiusque
 amicos inopinatò adortos à
 comitibus & satellitio suo, qui
 vestibus arma texerant, truci-
 dari

Detestan-
de Antoni-
ni Caracal-
læ nuptiæ.

in Maria
 iæ, dein
 n Regina
 miliani I.
 ptiis ad
 nus & ha-
 s, magni-
 er Caro-
 allia Re-
 li turbas
 isci ma-
 saris ami-
 ubialium
 morâ Cæ-
 b. 6. tan-
 i puer, &
 nondum
 otest. O
 , & ma-
 ccelote-
 nus

*Nuptiæ
Parisienses.*

dari iussit, non veritus cæde
peracta parricidales hæc vo-
ces evomere: *Sic accip'endi ho-*
stes sunt. Herodian. histor. lib.
4. O æternum lamentis profe-
quendas *Parisienses* Henrici
Navarræi cum Margarita
Caroli IX. Galliarum Regis
sorore, *nuptias*, quæ inaudito
perfidia, & *Siculas vesp'as* ju-
stificante multorum hominum
millium omnis conditionis
sexus & ætatis per univ'ersum
regnum horribili crudelitate
cædendorum mysteria &
decipulæ fuerunt!

Thuan. libr.

SECTIO IX.

Quibus mediis Pax con-
servetur.

Pellustratis & excussis,
quibus pax firmatur:
nunc tandem queis vel fo-
ris vel Domi conservatur
modi leviter delibandi
restant. Possunt autem ii
collocari 1. IN RELIGIO-
NUM (a) CULTU, 2. IN FOE-
DERUM (b) NEXU. 3. IN EX-
ERCITIORUM MILITARI-
UM (c) USU & 4. demum in
BELLORUM EXTERNO-
RUM (d) MOTU.

(a) Optandū quidē esset & sum-
mis à summo Rege Regū preci-
bꝫ nil fervidiꝫ & instantiꝫ effla-
gitandū, quā ubiq; locorū per-
tinacia

*Religionis
unitas ex-
optanda,
non spe-
randa.*

tinaciâ errantium sublatâ sim-
plicem, unam & veram religio-
nem, *quæ non secus, ac navis, adi-
um, aliarumq; rerum carinas aut
fundamenta volumus esse & pri-
ma & firmissima; in Repub. pri-
mam substerni debet fulcrum &
crepido, cui reliqua moles firmi-
ter insistat; per uniformem mē-
tium in doctrina cœlestis con-
sensionem coli & exerceri pos-
se: Sed cum optare istud, non
sperare in ultima hac corru-
ptissimi mundi canitie liceat,
quis culpabit, si *anime oculum*
hic sive prudentiam Imperio-
rum moderatores, & quotquot
pacis ac belli negotia gerunt,
dextre adhibeant, naucleros-
quæ imitentur, qui interdum
tempestati obsequuntur, & pro
condi-*

co
ru
du
rat
cu
re,
ne
ra
qua
(qu
per
fo
sua
Cæ
gust
cita
gion
stit
lib.
fen
lut
stri

conditione aeris ac marino-
 rum fluctuum vela vel expan-
 dunt, vel contrahunt, stultum
 rati eundem quem coeperunt
 cursum haut sine periculo tene-
 re, cum vel mutatâ velificatio-
 ne portum adsequi queant. Ve-
 ra namq; vehementer sunt,
 quæ Maximilianus Austriacus
 (qui diversum Dei cultû omnis
 perturbationis in Germania
 fomitem malè opinatus unam
 svadebat religionem) nomine
 Cæsaris in initio conventus *Au-*
gustani, Anno 1547. inter alia re-
 citari iussit: *quod pax, nisi reli-*
gionis dissidium componatur, con-
stitui omninò non possit, Sleidan.
 lib. 19. quibus ego verbis hunc
 sensum adfingo, ut solidis & ve-
 lut adamantinis vinculis con-
 stringi pacis actus non possint,
 nisi



nisi

*Conscien-
tiis relin-
quenda li-
bertas.*

nisi Princeps, qui ad concordiae
studium applicuit animum,
tempestati cedat, & suam con-
scientiis relinquat libertatem,
usque adeo contumax animus
hominum est, si semel pietatis
reverentia invaluit, ut quâdam
quasi dulcedine aut nectare e-
brii, praesertim ubi plus *jubendo,*
quâ docendo, p! q *mirando,* quam
monendo praecipitae religionis
mutatio tentatur, cuncta con-
temnant, & ferris dimidiari, vo-
raginibus mergi, ignibus aduri,
praecipitari, trucidari, lapidibus
obruui, bestiisque obijci malint,
Sabell. lib. 4. quam a religionis,
ubi altiores egit radices, obser-
vantia deflectere. Quamquam
hactenus compertum, deferve-
re paulatim animos & verita-
tem

tem ac rationem vincere adfe-
ctum, si remediis mitioribus cu-
retur l. 3. C. de Apostat. & ani-
mis spatii non nihil concedatur
ad eijciendas finistrarum opi-
nionum faces: *quemadmodum*
musto tempus dandum, ut despu-
met Lips. in lib. de una relig. con-
tra dialogist.

Quo consilio, & ut statui publi-
co quidpiam indulgerent supe-
rioris seculi principes Prote-
stantes, religionē à qua animis
erant alienissimi, tolerarunt,
magis è re communi fore arbi-
trati, si quod in fidibus solet ut
discrepantes non abrumpamus
per iracundiam, sed sensim ad
concordiam reducamus, i-
dem facerent in fide, nec non
potius pace Ecclesiæ labantem

Religionis
tolerantia
unde.

Rempub. fulcirent, atq; hujus
 tranquillitate adflictam Eccle-
 siam nutrirent, ur in simili lo-
 quitur *Euseb. lib. 8. cap. 28.* quam
 quod eâ non admittâ intestinis
 omnia dissensionibus comple-
 rent, invasionibus, rapinis, bel-
 lissvè civilibus mutuò sese atte-
 rerent, & dimidiam partem ter-
 rarum patriarum solitudinem
 facerent, aut etiam Germaniæ
 totale excidium accerserent;
 has quippe causas religionis
 pacem promovisse patet ex re-
 cesso de An. 1555. § In solcher
 vorgezogener beratschlagung des
 friedens ibi/Solche nachdenck-
 liche vnsicherheit vffzuheben/der
 Ständen vnd Vnterthanen ge-
 mitter wiederumb in ruhe vnd
 Vertrauen gegen ein ander zu-
 stellen/die Deutsche Nation vnser
 geliebt

geli
 zert
 ver
 stan
 con
 Dei
 cat
 & q
 Ch
 mo
 l. ca
 ver
 stia
 cem
 puè
 cog
 sive
 pro
 qu
 vio
 cur

geliebte Vaterland vor endlicher
 Zertrennung und Untergang zu-
 verhüten sumto exemplo à *Con-*
stantino M. quem quoddam quasi
 commune bonum hominibus
 Dei clementiam donatum prædi-
 cat *Euseb.* in eius vit. lib. 1. cap. 34.
 & quo imperante religionem
 Christianam progressus maxu-
 mos fecisse meminit *Socrat.* lib.
 1. cap. 12. ita tamen ut non dele-
 verit gentiles: sed ijs cum Chri-
 stianis eandem concesserit pa-
 cem: non ignarus fidem præci-
 pue in animo, qui spiritus est &
 cogi nequit, consistere. *Anima.*
sive mentium Rex Deus est. Qua-
 propter homines non habent
 quod conquerantur de jure suo
 violato ob diversam religionem,
 cum religionis jus proprie non
 O 3 homi-

*Religionis
varietas
bellorum
fases non
accendit.*

hominibus cum hominibus, sed
Deo est cum hominibus. *Elias
Reusn. strateg. lib. 1 cap. 9.* Nec
audiendi sunt seditionum illi
buccinatores & cōcordiæ pub-
licæ hostes, quibus non sufficit,
si perperam ipsi sentiant, nisi &
alios ad improbè sentiendum
impulerint, factiosè clamitan-
tes, religionis verietatem tot-
in Europa dissidiorum faces
accendisse. Insignis etenim ca-
lumnia est tribuere religioni,
quæ semper in universo terra-
rum orbe fuerunt, & majores
nostri in unitate religionis ante
hæc præsentibus graviora ex-
perti sunt mala. Non ibo in *Gal-
liam*, ubi non solum in omnibus
civitatibus, pagis, partibusque,
sed penè in singulis domibus
factiones exstiterunt. *Cæsar de
bell.*

bell. Gall. lib. 6. non in *Italiam*,
 cujus viscera Cæsarum & Pon-
 tificum bellis lamentabilibus
 propemodum exesa *Carol. Si-*
gon. de reb. Ital. lib. 13. Ipsam
Romam, Sedem scilicet Apostoli-
cam, si inspicerelicet pro Deum!
 quæ ibi in medio foro prælia,
 (vetera *Gracchorum, Marii, Syl-*
la & alia bella civilia nec in mi-
 nima respectantia religionem
 hic non attingo) quæ cædes in-
 clero, in sanctimonialibus! quæ
 atrocinia Pontificum & fune-
 ra! de quibus *Platina, Balæus,*
Sigonius & alii luculentè testan-
 tur. Cæterum sit ita, oriri quan-
 doq; ex miscella & varia religi-
 one turbas & bella; sed an
per se, vel per accidens? Haut
 certè religio in causa est: sed
 vel *Alastoris Romani tyrannis,*

9, fed
Elias
 Nec
 m illi
 e pub-
 fficit,
 nisi &
 dum
 nitan-
 tot
 faces
 m ca-
 gioni,
 terra-
 ajores
 is ante
 ra ex-
 in Gal-
 mnib9
 usque,
 mibus
 esar de
 bell.

Sed Pontificis ejusque ad seclarum pertinax fastus.

Et Aculeonum quorundam insolentia.

Religio per se non affert Reipublicæ mutationes.

ejusdem vè ad seclarum obstinacia & fastuosa improbitas, dum Sardanapalos agere, quam Apostolorum vitam vivere, pro pedo sceptrum, pro stola chlamydem, pro codice enssem versare malunt, vel etiam *Aculeonum* quorundam *insolentia*, qui quæ subter terram sunt, & super coelum curiosè inquirentes magis litigia, quam veritatis vestigia sequuntur, & factionum seditionum vè flabella fiunt. Si etenim dissensiones in religione per se imperiorum mutationes adferunt, adeò ut hac motâ anchorâ, simul turbetur Reipublicæ navis, quî factû, quod Româ olim motib9 concussa non fuerit, postquam ejus incolæ & Rectores non tantum suo quemq; ritu,

ritu, suâ quemq; religione pri-
 vatim frui; sed & receptis sacris
 Iſidis & Æſculapij, *Pantheon*
 Dijs omnibus consecrari per-
 miserūt: quod *Turca*, apud quos
 omnis religio libera, in summa
 atq; invidenda pace agitent: *Belgium*
 quod *Belgium* instar oceani o-
 mnium religionum (ſiſas est hac
 voce nominare) rivulos excipi-
 ens, tranquilla status sui halcy-
 onia hæcienſ per aliquot lustra
 experiatur? Si usum propter ab-
 usum, & illa, quæ optima nec nõ
 saluberrima sunt, ob malam ve-
 luntatis humanæ adfectionem
 tollere velimus, etiam aqua & i-
 gnis maximè necessaria elemē-
 ta tollēda essent, siquidē aqua a-
 liquādo naves demersæ pereūt,
 igni ædes accensæ deflagrant.

Belgium
 recipit
 rivulos
 omnium
 religio-
 num.

O 5 Igne

bftina-
 s, dum
 am A-
 e, pro
 a chla-
 m ver-
 Aculeo-
 ia, qui
 e super
 es ma-
 vesti-
 um se-
 Si cte-
 ione
 tiones
 otâ an-
 publi-
 Romæ
 n fue-
 & Re-
 nemq;
 ritu,

*Ignis quid utilius? Si quis tamen
urere tecta*

*Comparat, audaces instruit ille
manus.*

(b) Illa salutaria remedia esse
tum inchoandæ retinendæque
amicitiæ, tum augendæ conser-
vandæque potentia & pacis,
cujus causâ plerumque pangi
solent, tum libertatis, patriæ &
religionis tuendæ, tum denique
à potentioribus illatæ hostilita-
tis & injuriæ avertendæ; quia
duo corpora quasi uno spiritu
connectunt *Felin. in rubr. X.
de trevis & pac. & de duobus
corporibus quoad mutuam
defensionem aliosvè actus ci-
viles obeundos unum faciunt,
Lud. Schrad. de feud. part. 9.
cap.*

cap. 4 num. 9. ab omnibus, qui
 rectâ ratione morbis pharma-
 ca censent adhibenda, facile
 conceditur.

*Fœdera
 sunt tri-
 plicis ge-
 neris.*

Qualia sunt, quoque
 fœdera Saxonix, Branden-
 burgensium & Hassiæ Princi-
 pum, ut apparet ex renovatio-
 ne confœderationis An. 1587.
 Naumburgi facta, ibi, Wir
 von Gottes Gnaden bekennen
 mit diesem Brieff / als Weilandt
 die Hochgeborne Fürsten etc.
 vor langen Jahren eine freund-
 liche vnd Brüderliche Erbei-
 nigung vnd Vorständnis / wie
 vnd welcher gestalt sie vnd
 ihre Erben vnd nachkommen
 Ewiglich bey ein Ander in
 Freundlicher einigkeit / Gutem
 D 6 Friede

amen

ille

a esse
 læque
 onser-
 pacis,
 pangi
 riæ &
 enique
 stilita-
 quia
 spiritu
 abr. X.
 uobus
 tuam.
 tus ci-
 aciant,
 art. 9.
 cap.

Friede vnd ewiger ruhe siñē vnd
 leben/ auch in desselbtigen wie-
 derwertigkeit vñnd nöthen ein
 ander hülff/ Rath vnd beystandt
 thun sollen vñnd möchten/ ver-
 macht/ verbrieffet/ versigelt/ ge-
 lobet vñnd geschworen haben.
 Sunt autem *triplicis* potissimū
generis. *Alia æqua; alia non æqua;*
 veluti hæc duo genera explicat
Proculus Jctus in l. 7. D. de ca-
 ptiv. alia demū *neutra* ceu hæc
 tria genera conjungit & descri-
 bit *Menippus* Antiochi Regis le-
 gatus apud *Liv.* lib. 34. *Æqua;*
 five æqualia dicuntur, quib9 vel
 pares Marte hostes in pacis cō-
 ditionem revertuntur, vel qui
 hostes nunquam fuerunt, in so-
 cialem amicitiam ultrò veni-
 unt, atqui hæc nil prerogativæ
 huic vel illi parti asserunt: sed
 pares

pares habent leges, paria jura,
 ceu de illis *Aeneas* apud *Virgil.*
 lib. 12 spondet.

Non ego nec Teucris Italos parere
jubebo;

Nec mihi regna peto, paribus sed
legibus, ambae

Invietae gentes, aeterna in foedera
mittam.

Exempla hujus generis exstant
 in foedere inter *Romulum* & *Ta-*
tium Sabinorum Regem contra-
 cto, apud *Halycarnass.* antiq.
 Rom. lib. 2. In *Octavio, Antonio,*
 apud *Appian.* de bell. civil. lib. 5.
 item in foedere inter *Athenien-*
ses & *Lacedaemonios* icto apud
Thucyd. lib. 5. Non aequa, quae
 vel pensionibus vel tributis, vel
 obsidibus, vel Majestatis obser-
 vantiâ, vel specie clietelæ, aljis-
 vè oneribus partem alteram
 præ-

fiat vnd
 en wie-
 then ein
 eystande
 ten/ ver-
 gese / ge-
 haben.
 otissimū
 ion equa,
 explicat
). de ca-
 ceu hæc
 & descri-
 Regis le-
 . Aequa
 quibus vel
 pacis cō-
 , vel qui
 nt, in so-
 trō veni-
 rogativæ
 unt : sed
 pares

prægravant; sicut Porfenna fecit, qui oblati conditionibus pacis necessitatem obsides dandi Romanis expressit Liv. lib. 2. atque hoc genus non immeritò miserabile & flebile appellatur, uti, beneficium cessionis bonorum in l. 7. & 8. C. qui bon. ced. poss.

*Sunt vel
perpetua
vel tempo-
raria.*

Neutra ab iis fermè coiri solèt, qui medios inter hostium fines positi securitatis auram utrinq; paciscuntur. H. Kirchn. de Re- pub. disp. 17. thes. 1. sub. l. H. Fœdera verò omnia rectè dispertiuntur in *perpetua & temporaria*: quorum hæc ad certa & definita quædam tempora porriguntur, utpote ad alterutrus confœderati Regis sive Principis ex hac vita discessum: vel:

vel etiam donec successores
 eidem regno præfuerint. Cum
 enim isthæc fœdera instar con-
 ventionum privatarum sese
 habeant, quæ ad heredes tran-
 seunt, siquidem plerumque
 tam hæredibus nostris, quam
 nobismetipsis cavemus, re-
 spondente Celso in l. si pactum
 9. D. de probat. possunt utique
 certis annorum & conditio-
 num terminis circumscribi.

Illa, si cum ipso populo
 aut gente icta fuerint, quandiu
 gentis & Reipub. nomen su-
 perest, perdurant: unde, quod
 firmissima sint & sempiterna,
salis fœdera nuncupantur, quia
 nihil eorū quæ concreta sunt ex
 clemen-

elementis, sale incorruptius est. Ceu eodem sensu sacrae literæ Genes. 16 *statuam salis* vocant, non quæ ex sale concreverit, juxta insulsam quorundam opinionem, sed quæ sempiterna sit futura *Bodin. de Repub. lib. 6. cap. 6. n. 615.* in tantum, ut non modò in arctissimam amicitiam & societatem, ceu fœdus, quod *Ansatium* dicitur *der Hânse Stâte*/de cujus initiis & progressibus differit *Tbuan. histor. lib. 53.* verum etiam ipem hereditariæ successionis quodammodò concipiantur. Quemadmodum fœdera ejuscemodi hæreditaria & fraterna, seu potius pacta gentilitia, successoria, jura familiaria, pro ut hisce nominibus indifferenter indignantur à Politicis & Jctis, sancta

Fœdus An-
saticum.

Fœdera
heredita-
ria.

eita etiamnum vigent inter Im-
 perii Electores & reliquos Prin-
 cipes. Quales sunt confœdera-
 tiones, *Φρατερία, ἀδελφοκλη-
 ρονομία* sive confraternitates,
 Erbvereinigunge / Erbverbrü-
 derunge inter domus illustrissi-
 mas Saxoniam & Cattiacam,
 Brandenburgicam & Pomera-
 nam, Bavaricam & Palatinam.
 At verò cum nihil tam stabile
 & tenax, quin tandem *vel sui na-
 turâ l. 28. D. de serv. præd. ur-
 ban. vel temporis diuturnitate* *Perenne*
 deficiat & laxetur cap. 2. in pr. *sub polo*
 Novell. 7. juxta illud *Prudentij. nihil.*

--- -- *mortalia cuncta vetustas
 imminuit.*

Et *Martialis* lib. 9. Epigrammat.

*Quid non longa dies : quid non
 consumitis anni ?*

Et *Claudiani* lib. 2. in Eutrop.

quid

quid non longa valebit
permutare dies?

lapis quoque cernis ab ævo
Vinci. Lucret. lib. 5.

Fœdera sunt reno-
vanda. Propterea monet prudenter
Bodin. de Repub. lib. 6. cap. 6.
perpetua isthæc fœdera, ne
temporis vetustate & longio-
riritentiâ amicitia refrige-
scant, aut paulatim intermo-
riantur, sæpius renovanda
esse, velut sua fœdera Saxoni-
cam & Hassiacam familias
Rudolphi. I. Imperator. con-
firmatione Anno, 1262. primi-
tus munita: postea multoties
renovasse & Carol. IV. ac
Sigismundum Cæsares eadem
obfir-

obfirmasse ex historio graphis
recensent *And. knichen* in ver-
bis Electorum, de Sax. non
prov. jur. cap. 2. num. 62. &
63. Nicol *Rensner*. conf. 4. num.
45.

Quod quidem multum *Expedi*
expedit, tum ut subditi suos & *domesticos*
quasi domesticos habeant Domi- & *heredi-*
nos; Quia non legiones, non *tarios ha-*
classes æquè firma imperii mu- *bere Do-*
nimenta quam numerus libe- *minos.*
rorum, aut certorum succes-
sorum, uti *Titus* sermone suo
inter alia orabat apud Patrem
Vespasianum perhibente *Tacito*
histor. lib. 4. Hinc *Alexander*
conqueritur, *Orbitas mea, quod*
sine liberis sum, spernitur,
apud

apud Curt. lib. 4. tum verò ut
*familiarum senescentium splendor
 conservetur, Quia lugubre fati
 & deplorandum non ipsis solù
 subditis; sed & Dominis videre
 antiqua majorum castra & præ-
 dia devolvi ad exteros l. 35. D.
 de minor. l. 38 D. de rei vind l. 11
 § 2. D. de lib. agnosc. l. 22. C. de
 administ. tut. l. 6. C. de bonis
 quæ libr. & c. Sed ne extra oleas
 divagari videar, missis ijs, quæ
 de fœderibus prolixius dici po-
 terant, & ab alijs satis nervosè
 enucleata sunt, pedem ad semi-
 tam reflecto.*

*Duebus
 conserva-
 tur Resp.
 incolumis.*

(c) Cum enim duo sint, quib9
 omnis Respub. servatur incolu-
 mis, in hostes fortitudo & Domi-
 concordia, ut Polybij sententia est
 lib. 5.

lib. 5. nunquam verò non hostes
 ac latrones inveniantur, qui ne-
 farià conſpiratione imperiis ac
 civitatibus alicujus inſipientur,
 nullâ laceſſiti injuria pacatis
 populis bellû inferant, ecquid
 magis expediet glorioſiusvè e-
 rit, quàm cives exercitados &
 bene armis, præparatos in ex-
 pedito habere, qui hujusmodi
 inopinato hoſtium inſultui ma-
 ſculè ſeſe opponant, vimque à
 liberis, fortunis & cervicibus
 ſuis propellant, ac Rempub. in-
 tuto collocent? Ecquid pruden-
 tius quàm in ſerenitate, quæ ad
 tempeſtatem uſui futura ſunt,
 præparare; quã ea in pace ma-
 turare, quæ belli timor prope-
 rare cogeret? Ecquid autem è
 diverſo pernicioſius ac turpius
 quàm

*In ſereni-
 tate de
 tempeſtate
 cogitandû.*

n verò ut
 in ſplendor
 bre fatis
 ipſis ſolû
 is videre
 ra & præ-
 os l. 35. D.
 i vind l. 11
 22. C. de
 de bonis
 tra oleas
 s ijs, quæ
 s dici po-
 nervosè
 ad ſemi-

int, quib9
 r incolu-
 & Domi
 tentia eſt
 lib. 5.

quam rudibus omninò ac imbellibus adeò imperare subditis, ut si quæ vel repentina necessitas vel improvisa hostium vis ingruat, nec gladiis, clypeis, telis, hastis, sclopetis, (quæ pauperculæ conditionis hominibus à Magistratu ex armamentariis publicis aus den Zeugheusern suppeditari solent) ad improborum offensionem & exitium instructi; minus multò peritiâ aliqua militari muniti sint, quò in pugnam prodire, manus cum hoste conferere, atque à ruina defendere patriam valeant. Ecquid stultum magis, quam *post causam vulneratam remedium querere l. fin. C. In quib. caus. restit. In integ. & dispersis ovibus sepie laudere? Quod sagâ mente prospexisse.*

& maturius ponderasse videtur *Friderici*
Fridericus I Imp. laudatissimus, 1. *Imper*
 quo de *Poeta* minimè malus. *sollicitudo*
Ipse per Italicas paucis comitan- *& indu-*
tibus oras *stria.*

Vndiq; discurrens, bello quacung;
sequenti

Vel prodesse sibi, vel obesse putave-
rat hosti,

Accelerat, castella viris, armisq;
cibisq;

Instruit, atq; novam valido moti-
mine Laudam

Cingit Turcini passurã pōdera belli
Non aliter ac olim Dyonysius
Syracusarũ Tyrannus pro ap-
paratu bellico cōtra Carthagi-
nenses convocavit ex variis re-
gionib; fabros omnis generis,
ad gladios, clypeos, galeas na-
vesq; fabricandas, uti auctor
est Diod. Sicul. lib. 14.

Proia

ae im-
 e subdi-
 tina ne-
 sa hosti-
 diis, cly-
 is, (quæ
 is homi-
 rmamē-
 i Zeugl-
 solent)
 nsionem
 us mul-
 ari mu-
 n prodi-
 nserere,
 re patri-
 tultum
 m vulne-
 re l. fin.
 n integ.
 audere?
 pexisse,
 &

Proin invictissimi *Gustavi Adolphi* aliorumvè Principum in Germania instituta circa subditorum præparationes militares summè saniores omnes collaudant, dum non secus, atque Athenientes *Palladem* suam *armatam* pingebant : ita illi *Pacem*, non ut nudam *Dianam*, sed ut bellicosam *Deam* muniendam duxerunt, haut ignarum doctrinæ illius *Platonicae*, quâ traditur eas faciliter nationes ab exteris vinci, quæ abjecto omni bellicæ rei exercitio, rerumque militarium studio arma prorsum deseruere, seque totas paci & otio tradiderunt : tum disciplinæ & providentiæ hac in parte adhibitæ à Romanis

Romani
castrorum
cuyam
charitati
liberorum
prætulere
runt.

nis, qui armorum & castrorum
 curam liberorum charitate an-
 tiquiorem esse voluerunt, ut te-
 statur *Ctus Paulus* in l. 19. 87.
 D. de captiv. & prius nil faci-
 undum putarunt, quam *ex igna-
 vis* civibus *fortes*, *ex intempe-
 rantibus moderatos*, *ex desidiosis
 strenuos*, *ex luxuriosis frugales*,
ex libidinosos continentis effice-
 rent, eosque ad provincias
 tuendas destinarent sicut sub-
 innuit l. 2. C. de comit. rei mil.
 lib. 12. ne imminentibus belli
 periculis aliunde accersere
 auxilia, & alienis suam com-
 mittere salutem hominibus, ac
 emere potius quam legere mi-
 lites cogentur, vide quæ dixi
 in sectione 2. sub lit. b. Qua-
 propter non abs re gloriatur.

P

Tullius

*Militie
virtus pe-
perit R.
urbi glo-
riam.*

Tullius in orat. pro Muren. rei
militaris virtutem hoc nomen
populo R. hanc urbi æternam
peperisse gloriam, eamque u-
nam in civitate primam rem
fuisse, propter quam ipsa ci-
vitas sit omnium Princeps, ac
propterea virtutem bellicam
præstare cæteris omnibus ac
*forum castris cedere, otium mi-
litie, stilum gladio, umbram
soli &c.* At verò cum lib. 1.
offic. longè aliter senserit, ut
præter alia triumphali isthoc
verbu testatum fecit

cedant arma toga &c.

*Militia se-
cundum
quid præ-
ferenda.*

licet hinc apertè conjicere supe-
riora ejus verba de laude milita-
ri \times π accipienda, scil. per ac-
cidens militiam Reipubl. tem-
pori-

poribus postulantibus *ut togam*
 & *pacem restituat*, operis & lau-
 dis majoris haberi; non autem
 ἀπλῶς & per se anteponi, ita
 ut levioris armaturæ argumen-
 tum inde desumant literarum
 osiores, quam ut cordatis per-
 svadeant Martis studia legum,
 quas in arma habere imperium
 jubet sacratis Imperat. in No-
 vell. 25. cap. 5. in fin. & artium
 aliarum culturæ ubique & indi-
 stinctè anteferenda esse. Istud
 ædepol inficias ire non possunt
 optimos quosque Principes, &
 qui utrumque & pacis & belli
 tempore rectè gubernarunt, ut
 loquitur *Justin.* in proœm. Instit.
Trajanum videlicet, *Adrianum*,
Alexandrum, *Theodosium*, *Valen-*

tinianum, Octavium, M. Antoninum Philosophum, qui sedulò præter alios consiliis suis adhibuit consultissimum *Scævolam, Fridericum Barbarossam* aliosvè complures circa latera habuisse *Jctos & studiosos sapientie viros* in amicitia possessionem vocasse, *Imperatores olim* ceu præter *I. Jurisperitos* 30 D. *JureCons.* de excusat. historicorum annales passim testimonia exhibent, *patres vocarunt.* quos plurimum honorarunt, amicos & patres suos vocitarunt *Dd. in p. 3. proœm. Instit.* Suis etenim periculis & negotiis cõperti sunt sapientissimi Imperatores, *non tam viribus, quã ingenio, non tam robore corporis, quam vigore animorum, non tam velocitate, quam prudentiã, non tam te-*
lis

lis aut manibus, quam auspiciis & consiliis rerum momenta maximarum confici

σοφὸν γὰρ βέλτερον τὰς πολλὰς χεῖρας νικᾷ

ut Euripideum illud habet. Quin-
imò non nesciverunt eos ipsos,
qui & olim bellicas res unquam
præclarè & feliciter gesserant
aut in literarum studiis egregiè
versatos, eorumvè dextras non
minus stylos, quam enses tra-
ctasse, aut etiam hominum eru-
ditorum consuetudine admo-
dum delectatos fuisse. Cujus rei
testes sunt locupletissimi Græco-
rum Themistocles, Epaminon-
das, Pericles, Phocion, Alexan-
der M. qui Homeri Iliadem &

*Præclarè
ab iis olim
res gesta,
qui stylos
& enses
tractare
noverunt.*

Odyssæam secum expeditionis
 suæ habuit viaticum *Plutarb. de*
virt. Alexand. Orat. i. Romano-
rum Scipio, Fabius Maximus, P.
Æmilius, Lucullus, Julius C. &c.
 Quibus hodie meritò annume-
 randus *Gustavus Adolphus*, qui
 summæ virtuti literarum erudi-
 tionem semper adjunxit, unde
 factus virtute pariter & doctri-
 nâ illustrissimus Rex, cadenti &
 interitum minitanti literariæ rei
 tâquam pacis alumnae propediè
 consulturus, uti vovemus & si-
 tienter expetimus. Quid mul-
 tis? Si honorandi magis il-
 li, qui majora adferunt Rei-
 publ. emolumenta, ut jure fie-
 ri debet secundum rescriptum
Impp. Theod. & Valent. in l. 2. ut
dignit. ord. observ. lib. 12. Nam
 qui

qui suis consiliis suisq; laboribus pro
 multorum commodis laborant, qua-
 re non habent dignam sua prero-
 gativâ fortunã, ut in simili pro-
 pmodum re scripsit Justin. in l.
 3. de quadr. præscript. nemo tã-
 tus veritatis hostis erit, qui pal-
 mam & præ eminentiam litera-
 tis eripere præsumat: quando-
 quidem illorum fideli dissensu
 bellorum semina sæpissimè in
 ipsis herbis, antequam in pesti-
 lentem aliquam frugem excre-
 verunt, oppressa aut rectiori-
 bus consiliis denique in ipsa
 messe radicitus evulsa & felicif-
 simè extirpata fuisse apud o-
 mnes in confesso est.

(b) Bella externa inter-
 nis seditionibus & paci resti-
 tuendæ remedio esse, ex Roma-

*Romani
belloꝝ
externoꝝ
semina co-
quirunt.*

*norum veterum factis abundè e-
nitescit, qui sanè, ut civibus ho-
stes alioquin à bellis civilibus
nunquam conquieturis oppo-
nerent, belli semina undiquaq;
collegerunt, teste Halycarn. lib. 6.
Hoc illi civitati (Romanæ) fami-
liare erat, ut si bello premeretur
concors esset, si pace fruëretur, sedi-
tione laboraret. Quod cum ani-
madverterent summi magistra-
tus, nihil magis quam bellum a-
liquod externum semper oriri
optabant. Quoties verò pax fo-
ris erat ipsi utrimus fingeant, &
belloꝝ occasiones querebant,
quippe quod viderent Rempub.
bellis magnam & fortunatam
fieri: seditionibus autem humi-
lem & infirmam reddi. Unde
Appianus Claudius scribente Vale-
rio*

rio lib. 7. cap. 2. dicere crebro so-
litus; negotium populo R. me-
lius, quam otium committi:
non quod ignoraret, quam ju-
cundus tranquillitatis status ef-
fet, sed quod adverteret præpo-
tencia imperia rerum agitatio-
ne ad virtutem capessendam ex-
citari, quiete nimia in diffidium
resolvi. *Negotium enim ut*
idem Valerius fatetur, nomine
horridum civitatis R. mores in sta-
tu suo continuit; appellationis ve-
rò blanda quies vitis plurimis re-
sperfit. Hinc itidem Nasicae cum
Scipione contendenti contro-
versia de Carthagine velut for-
titudinis R. cote & remedio se-
ditionis civilis servanda, quam
notavit Plutarch. in lib. πῶς
ἐν τῆς ἰσῆς ἐχθρῶν ὠφελοῖτο.

P 5

Quod

Negotium
Romam
in statu
continuit,
otium vi-
tis resper-
fit.

Carthago
cos R. for-
titudinis.

undè e-
ous ho-
vilibus
oppo-
liquaq;
n. lib. 6.
) fami-
neretur
ur, sedi-
m ani-
gistra-
lum a-
r oriri
pax fo-
ant, &
ebant,
mpub.
atam
humi-
Unde
Vale-
rio

Quod gravi pariter & altâ sententiâ post *Carthaginem* professus *Q. Metell.* Hannibalis enim transitu in Italiam dormientem populi R. virtutem excitatam dicebat: *metuiq; debere, ne acrimulo liberata, in eundem somnum revolveretur.* *Val. dict. lib. 7. c. 2.*

*Externa
bella Gal-
liae saluta-
ria.*

Ita & *Galliam*, quamdiu cum vicinis & exteris Italis, Hispanis, Germanis bella habuit, purgatam ab exuberante & bulliente militum sanguine, febribusque sive tumultibus qui exagitarunt & concusserunt postea ejus statum, caruisse meminerunt. *P. Gregor. Tholoz. de Repub. lib. 23. cap. 7. & Alb. Gentil. de jur. bell. lib. 3. cap. II.* Sed quid priscis & alienigenis exemplis recensendis immoror? Ecquis earum re-
rum

rum, quæ domi aguntur, tam rudis, ut crassâ & supinâ inscitiâ ignoret, Germaniam nostram, quamdiu negotio molis *Turcica* implicata fuit, secuta intra limites suos egisse otia: postquam verò ab exteris motibus cessavit, omnes ejus partes seditionibus & rebellionibus internis repente concussas & luctuosè dilaceratas, nimiamque felicitatem tot furores civiles peperisse, ut loquitur *Flor.* lib. 3. cap. 12. ceu insignes plurium regnorum clades, Rerumpubl. ruinæ, urbiumq; busta tragicis exemplis suis hodie attestantur. De *Crezansibus* commemorat *Plutarch.* in *Camill.* quod in crebris secessionibus & bellis civilibus, si quando hostium exterorum

Turcicum
bellū Ger-
maniae se-
ditiones
impedivit

vim ingruentem metuebant, junctâ inter se pace arma sociarint: ita procul dubio afflictissimæ Germania melius consuluissent omnes illi, cum de abjurato & immanissimo nominis Christiani hoste Turca nunquam verè non timendum nobis sit, qui arma civilia in se ipsos velut sua viscera irreparabili damno & infinitorû exitio hæctenus torserunt; Sic enim tristi oportuit spectaculo

— — — videre parentes,
frontibus adversis, fraternaq;
cominus arma

cognatasq; acies. Lucan. 7.

Qui patrem nati perimant, natosq; parentes,

mutuasq; amati coeant in vulnèra fratres;

Manil.

Manil. lib. 4. Si patriæ commu-
 nis tutandæ, libertatisvè asse-
 rendæ ergò ante annos aliquos
 ad concordiam, sponte reversi
 junctis inter se copiis adversus
 peregrinum & potentissimum
 hostem pari animorum alacri-
 tate exissent, næ nunc *in Asia &*
Africa Aquilæ Romanæ victri-
 cia signa volitarent. *Agésilau*
 Rex cum ad Corinthum *Lace-*
dæmonii Athenienses eorumq;
 socios vicissent multitudine
 occisorum audita exclamavit,
 O infelicem Græciam, quæ ipsa si-
 bi tantum interemit hominum,
 quantum satis erat ad universos
 vincendum barbaros! *Plutarch.*
 in Apopht. Idem mihi Poetæ
 verbis queritari liceat.

Agésilau
deplorat
mutuas
Græcorū
cedes.

Heu

bant,
 a socia-
 dffictis-
 consu-
 de abju-
 is Chri-
 m verè
 t, qui
 elut sua
 ano &
 is tor-
 ortuit
 res,
 ternaq;
 a. 7.
 int, na-
 in vul-
 Manil.

*Heu, quantum terræ potuit pe-
lagiq; parari*

*hoc, quem civiles hauserunt san-
guine dextræ!*

Et quanquam remedium hoc
ex illorum penè sit genere, quæ
opiata Medicis dicuntur, qui-
bus non temerè, nec nisi extre-
mo urgente periculo utendum
Forest. lib. 27. observ. 47. satius
tamen fuisset istud annis supe-
rioribus adhibuisse, quam focos
vicinos combussisse, innocen-
tem Civium sanguinem effudisse,
& etiamnù belli civilis (*quod
mare quoddam calamitatum, qui
ejus exagitantur fluctibus, nuncu-
pant*) telam pertexere. Siqui-
dè compertissimæ veritatis est,
uti ab experientibus observatū;
nullam quamvis minimam gen-
tem

tem ab adversariis perdi: propriis verò simulatibus se posse ipsam facilimè consumere *Veget. de re milit. lib. 3. cap. 9.* quippe cum fulcrum nullum sit, quòd sustentare rem queat, quæ præcipiti ruinâ devolvitur. De Romanis olim vates augurabatur, *Sil. lib. 3.*

*Hic tantum pariet Latio per vulnera regnum,
quod luxu & multum mutatâ
mente Nepotes,
non tamen evertisse queant ---*

Sed eversum tandem est imperium, & cum reliquis mortalibus cunctis habuit finem suum. Utinam & *Germania*, quam nullæ hucusq; gentes movere & cõtundere potuerunt, suis semetipsam gladiis tandem non jugulet.

*Germania
suis se jugulat
gladiis.*

let. Solet namque præpotens
 ille rerum Monarcha, ut ab e-
 ventibus omnis ævi certum, so-
 lenniter per hanc viam imperia
 magna perdere

in se magna ruunt --- ---

Lucan. 2.

internisque cædibus ita defes-
 sos & exsanguis reddere Reges
 ac Principes, ut exteris prædæ
 futuri, socordi suâ impoten-
 tiâ excidii fata sibi accelerasse
 postmodum seriô quidem, serô
 tamen ingemiscant. Ast quor-
 sum dilabor. Ego hîc finio tali
 epiphonemate.

*O jam miser as respice terras,
 quisquis rerum fœdera necis,
 Et quô cælum regis immensum
 firma stabiles fœdere terras.
 Ut pecudumq; hominumq; genus
 queat omne vagari*

securè in sylvis & agris, nocturna q̄
pastor

claudere fraxineâ rursus præse-
pia crate.

Non porro insidias prædator ovili-
bus ullas

adferat, aut laxis abigat jumenta
capistris.

Possit & sæ terras tandem squalo-
re sitivè

alma redire Themis posito, legum q̄
reducto

pristino honore suis antiquum red-
dere vultum

rebus & in melius corruptos flecte-
tere mores.

Quæ victrix hucusq̄, fuit, det vi-
cta superbas

post tergum Bellona manus, spolia-
ta q̄, telis

in sua vesanos contorqueat inguina
morsus :

¶

Et modò quæ toto civilia fuderat
 orbe,
 hostibus invictas inter se evertere
 gentes
 quæis nixa est, secum ipsa gerat tri-
 stissima bella,
 immergatq; caput tenebris, lucem-
 vè perosa
 formidet Pacem, quæ vultu candi-
 da torvi
 Martis non patitur fusca fastigia
 frontis,
 atq; atro madidos enses Et tela
 cruore.
 Ergo veni, PAX LÆTA veni,
 commoverit arma
 hætenus Et multo lassarit funere
 Mavors
 mortales: tandem suppressis desi-
 nat iris.
 Et tibi solventi mentes formidine
 cedat. Quæso

Quaeso veni, **PAX VERA** veni,
 quæ fraude remotâ
 Et pariter blandi faciem promittis
 amoris,
 extus Et intus alis quadrato pectore
 fœdus.

Euge veni, **PAX PLENA** veni,
 quæ nescia ferri
 expectas reducere postremo tempore
CHRISTUM,
 olim qui dedit in terris, securus da-
 turum,
 tunc cœlis **ÆTERNÆ PACIS**
 gaudia.

FIAT.



INDEX

fuderat

evertere

erat tri-

s, lucem-

tu candi-

fastigia

Et tela

TA veni,

it funere

essis desi-

ormidine

Quaeso



INDEX

Verborum ac Rerum memorabilium.

A.

- Alexandri in bello gerendo commo-
ditas* 17. *Clementia* 119, 120.
Castitas 136. *Crudelitas* 254
Alphonsi laudatissima sententia
119, 165
Anglorum atrocitas 146
Archidami apophthegma 196
ARMA quid sint 20. unde dicta
18. quotuplicia 19
Armorum materia 23
Arma veterum ante usum ferri
22
Arma quib9 modis deponi possint 9
Armis

Armīs absq̄, nil in bello geritur 21
Armīs erudire suos utilius quā
conducere alienos 13
Atheniensium dictum ac factum
 129. *integritas* 136. *pacificatio*
 225. *modus pacem petendi* 185
Augusti sapiens decretum 210

B.

Bellum externum 54. *civile* 55.
in Bello consilium robore, ingenium
numero præstat 29. *æquitas*
quædam hosti servanda 32
Belli genus Achæum taxatur 27
Bella gerantur mediis, quæ vi hu-
manâ retundi possunt 33. *pacis*
causâ geruntur 44. *non proce-*
dunt juxta deliberata 80. *for-*
tunâ non manu auctoris regun-
tur 126. *utriq̄, parti periculo-*
sa 127
Bellâ



RUM

omni-

9, 120.

254

entia

19, 165

146

196

e dicta

19

23

ferri

22

sint 9

Armis



Belli errores inemendabiles 126
*Belli gliscentis impetum opprimere
 utile 128. ejus occasiones mature
 præscindendæ* 193
*in Bellis sæpe admittuntur permu-
 tationes & liberationes* 148
Bellum suspectâ pace tutius 188
*in Bello perseverantem tria comi-
 tantur* 184, 196, 200.
*ex Belli morâ tedium, ex prope-
 rantia periculum* 194
*in Bellis aliud asticia, aliud de-
 cænis* 215
*Bellorum instrumenta ac nervi pe-
 cuniæ* 198
*Bella & Comædiæ eosd. plerumq;
 sortiuntur exitus* 305
*Bella externa internis seditiõibus
 remedio sunt*
*Belgium omnium religionum re-
 ceptaculum* 321
 Bona

Bona Eccles. pertinent ad pauperes
71. an restituenda? 65

C.

J. Caesaris prudentia militaris 173

Cadaveribus sepulturam denegare
contra jus divinum & huma-
num 137

Catonis monitum de Vicino 219

Causa minor majori non præjudi-
cat 214

Clælia Virg. Rom. virtus & ho-
nor 296

Cleomenis perfidia punita 192

Cænobia pars feudorum regalium
67

Cognatos amare natura jubet 241

Consanguinei in Jure qui 240

Constantini M. lenitas & pruden-
tia 317

Contra-

s 126

primere

maturè

193

permu-

148

188

a comi-

6, 200.

x prope-

194

ud weg-

215

nervi pe-

198

plerumq3

305

itionibus

num re-

321

Bona

Contraria contrariis naturam co-
herent 91
Convicia morte acerbiora 151. *inno-*
centibus saepe noxia 151
Cyri prudens actum. 172.

D.

Decimæ tributa egentium anima-
rum 72
Desperata res saepe cedunt feliciter
 179
Dolus quidam bonus 26. *Et licitus*
27. admittitur verbis aut fa-
ctis 30. *frequens inter homines*
 268
Doli maxima prudentiæ militaris
pars 27
Doctrina Ciceronis Victoribus sci-
tum necessaria 121
Dolus Themistoclis 30. *Scipionis*
263. Henrici IV. 246
Domi-

turā co-
 91
 51. inno
 151
 172.
 anima-
 72
 feliciter
 179
 & licitus
 aut fa-
 homines
 268
 militaris
 27
 ibus sci-
 121
 Scipionis
 246
 Domi-

Dominos hereditarios habere
subditis expedit 331

E.

Elogium Guil. Bruff. de Princip.
Germ. 103
Eloquentia vis maxima 126. in
Constantino 262. **Cynea & De-**
mostbene *ibid.*
Equitum opera in bello 12
Exercitationum militarium utili-
tas quadruplex 11
Exercitus quid sit 300. **quando &**
quomodo dimittendus 307

F.

Famam præcipuè Principes se-
stantur 213
Felicitatis duo gradus 86
Fides

Q

<i>Fides certiss. vitæ humana pignus</i>	29
<i>Fides & dignitas non salva, ubi do- lo agitur</i>	29
<i>Fides ipsam obligat fidem</i>	190
<i>Flaminii scomma</i>	198
<i>Florentinorum improbitas.</i>	32
<i>Friderici III. memorabile dictū</i>	120
<i>Friderici I. industria</i>	133
<i>Fœderallicita quæ</i>	230
<i>Fœdus Lipsiense approbatur</i>	231
<i>Fœdera triplicis generis 323. & quodq; vel perpetuum vel tem- porarium</i>	326
<i>Fœdera salis i.e. firmissima</i>	327
<i>Fœdera Saxon. Hassia & Brandeb. Principum</i>	324
<i>Fœdera Ansatica 329. hæreditaria</i>	ibid.
<i>Fœdera sunt renovanda</i>	330
<i>Fortunæ inconstantia 159. præcipuè in bello</i>	160
	For-

Fortuna licet maxime minimè cre-
dendum 164

G.

Germanici Imp. crudelitas 135

Germania suis se jugulat gladiis

351

Græcorum proverbium de Vicino

219

Gratitudo virtutum mater 155

H.

Hannibalis Oratio de Pace & Vi-

etoria 163

Hercules cur inter Deos relat9 207

Hispanorum malitia 32

Homines ad societatem colendam

conditi 38. cum omnes sint unius

magne Reip. cives 140

Honor cunctis rebus preferendus

176

Hostis

Q 2

ignus

29

ibi do-

29

190

198

32

ñ 120

133

230

231

3. &

el tem-

326

327

an deb.

324

ditaria

ibid.

330

ecipue

160

For-

Hostis quomodo repellatur 20

Hosti nunquam credendum 31

Hostis nullus crudelior fido amico

187

Humanitas etiam barbara ingenia penetrat 140

Humanitati contrarium nemini

prodesse 208

I.

¶ Citi ab Imperat olim Patres vocati 340. non tam vocis originem quam rationem respiciunt 3

¶ Jesuita parricidales doctores 34

utuntur malitiis 35. *versutiis* 66

ambiguitatibus 253 *corrumpunt leges publicas* 244

Imperator bellandi & pacificandi jus habet 93

Imperii ordines de bello statuere possunt 103

Impe-

20	<i>Imperia intornis saepe delentur ar-</i>	
31	<i>nis</i>	351
amico	<i>Impudentia ad omnem turpitudi-</i>	
187	<i>nem maxima Dux</i>	108
inge-	<i>Induciae quid 40, 42. Varroni &</i>	
140	<i>Virgilio 41. sunt sacratiores</i>	
nemini	<i>pace</i>	191
208	<i>Inducia Veientum, Hetruscorum,</i>	
	<i>&c.</i>	41
	<i>Inbonestum per clandestina gras-</i>	
	<i>sari scelera</i>	33
es vo-	<i>Jus belli & pacis pari passu am-</i>	
origi-	<i>bulant</i>	111
iciunt 3	<i>Jus privatum non sequendum, ubi</i>	
es 34	<i>publici alia interpretatio</i>	116
tiis 66	<i>de Jure suo praestat concedere</i>	
rum-	<i>quam bellum admittere</i>	122
244	<i>Jusjurandum litium expedienda-</i>	
icandi	<i>rum optimum remedium</i>	275.
93	<i>firmiora reddit foedera</i>	278
atueret	<i>an praestitum à carcerato eun-</i>	
103	<i>dem obliget</i>	285
Impe-		
	2 3	Leges

L.

Leges adamantina Imperii fulcra

109

Leges bonis viris sunt certa in bello

139

*Leges frustra invocat, qui contra
eas committit*

154

*Leges quae dantur à victore, sint
tolerabiles.*

167

Lex natura interior quae?

147.

*Lex justissima, necis artifices arte
perire suâ*

153

Lentuli consilium

172

*Liberationes quando non admit-
tantur 150. seqq.*

*Libertas corporis ubi deest, nec exit
libertas mentis*

285

Libertas conscientis relinquenda

314

M.

*Magistratus officium in quo consi-
stae*

232

fulcra
109
in bello
139
contra
154
e, sint
167
147.
res arte
153
172
admit-
nec exit
285
quenda
314
o consi-
232

Mauritii mendacium excusatur 30
Mauritii Elect. Heroica vox. 252
Malitia Plataensium 255. *Antiochi*
ibid.
Mediolanensium vafrities 249
Mendacium servile vitium 190
Mentiri Principem turpe 189. 251.
MILITES *vernaculi prestant*
conductis 13
Milites mercenarii praedam magis
quam belli causam sequuntur
13. *sunt infideles* 14. *facilius de-*
ficiunt quam vernaculi 17. *eo-*
rum perfidia multi cladibus ad-
fecti 16
Milites arma sumunt pro vesti-
bus 21
Miles sine armis quid 21
inter Milites Juris civil. rigor non
observatur 149
Militum gregariorum mores 302

Q 4

Mitnes

*Mitius agendum cum iis qui da-
tam pacem candidè accipiunt*

171

Morbus Gallicus unde

33

N.

Necessitati quandoq; parendum

122

Necessitas ignaviam acuit

194

*Neutralitas laudatur sub condi-
tione 225. Et restrictione, 226*

Neutralitas olim exilio mulctata

228

Nicephorus Imp. ignavus

175

*Non omne, quod licitum, bone-
stum*

144

Nuptia Parisienses 310. Anton.

Caracalla

309

O.

Obsides describuntur

290

Obsi-

*Obsides Volscorum & Romano-
rum puniti* 291

Obsides Tarentinorum puniti 293

Obsidum conditio hodiè melior est
294

*Obsides in unam dati causam in
aliam non queunt retineri* 299

*Occasio lubrica est, ideò firmitus
tenenda* 200

Ordo quid 37. eo omnia constant
ibid.

P.

PACIS

Etymologia 1.2.3

Definitiones & descriptiones
7.8.41.43

Divisiones 48. & varia genera 37
seqq. 50. seqq.

Causa 77. eaq; duplices, divinae
ibid.

Q 5

&

ui da-
piunt

171

33

endum

122

194

condi-

e, 226

ulata

228

175

, bone-

144

Anton.

309

290

Obsi-

<i>Et humana</i> 90. <i>qua vel inter-</i> <i>na, ibid. vel externa</i>	204
<i>Pax quibus mediis consituatur Et</i> <i>firmetur</i> 4. <i>seqq.</i> 247. <i>seqq.</i> 276.	
<i>Et conservetur</i>	311
<i>Pax differt à Concordiâ</i> 6. <i>ob in-</i> <i>ducis</i> 40. <i>reformat quod bellū</i> <i>turbavit</i>	92
<i>Pax certa melior sperat à victoriâ</i> 164. <i>ignominiosa vitanda</i> 175. <i>injusta utilior bello justō</i> 176. <i>fu-</i> <i>cata perniciosior bello</i> 186. <i>triū-</i> <i>phis potior</i> 182. <i>quam necessitas</i> <i>imponit, non perpetua</i>	169
<i>Pax fida ubi Et quando</i>	171
<i>Paci ignominiose infelix bellum</i> <i>preponendura</i>	177
<i>in Pacis compositione ambiguitates</i> <i>circumcidende</i>	189
<i>Pacis jucunditas Et utilitas</i> 45. <i>ejus neglectio efferat vitam hu-</i> <i>manam</i>	46
	<i>Pacis</i>

el inter-
 204
 atur &
 99.276.
 311
 ob in-
 od bellū
 92
 victoriā
 nda 175.
 176. fu-
 6. triū-
 ecessitas
 169
 171
 bellum
 177
 guitates
 189
 litas 45.
 am hu-
 46
 Pacis

Pacis constitutio tranquilla liber-
 tas 2. Victori salutaris, vi-
 cto necessaria 47. quo pacto
 contracta apud Græcos 279. &
 Romanos 280. & Germanos
 281. seqq.
 Pax religionis cur promulgata 63.
 ejus laus & commoda ibid.
 De Pace agendi tempus optimum
 quod 126
 Pacem nunquam lacessere felicius,
 quàm sanguine reparare 127.
 per sapientiam firmare glorio-
 sum ibid.
 Pacis mentione & tractatione in-
 cauti sepe falluntur 263
 Pacem sancienti peculiaris modus
 283
 Pacis Dii vel praesides Pausi 44. si-
 gnum Olea 260. conciliatrices
 & q. arrha Nuptiæ 304
 2 6 Pacis

<i>Pacti vox unde</i>	2
<i>Pactiones militares & publice omnibus subtilitatibus & versutis careant</i>	249. seqq. literis consignentur
<i>Pares in bello qui sint</i>	253
<i>Papista male reprehendunt, quod ipsi bene faciunt</i>	75. eorum fraudes
<i>Papa Clementis Cavillatio</i>	258. 283.
<i>Pecunia rerum gerendarum nervi</i>	288
	197
<i>Peditum opera in bello</i>	12
<i>Periculis improbitas</i>	253
<i>Pistas firmis Christianismi nimentum</i>	131
<i>Platonis interdictum</i>	96
<i>Pœnitentia unde dicta</i>	86. eius effecta
	87
<i>Principes multa habent cum Imp. communia</i>	101
	Præliis

Prælii unius eventu non parvescen-
dum 178

Protestantium responsio Legato
Gall. data 233

Publicum unde dicatur 52. *quid*
notet ibid. *ibid.*

Pudor vetat fieri, quod lex non
vetat 144

Pugna nomen unde 22

Pugnare aperto Marte non semper
opus 24

Punitur qui mandatum in bello
excedit re etiam bene gestâ 116
exemplo Torquati & Papirii
Rom. 117

Pyrrhi R. de Fabritio R. elogium
36

Q.

Quietis vox quid notet 42. *quot*
modis sumatur *ibid.*

Qui-

2
blice o.
& ver-
literis
253
125
at, quod
eorum
258.283
288
um ner-
197
12
253
mi m
131
96
ejus ef-
87
um Imp.
101
Prælii

*Quidam divina quadam ratione
feliciter dimicant* 124

R.

*Religio unde 58. quid 59. unica ex
sacris patefacta 60. amicitia
tessera 234. suadenda non im-
peranda 238. verbis non verbe-
ribus constituenda 239. non ra-
tione sed affectu judicanda 235.
à natura est indita 234. pugnan-
di pro ea causa 61. dissensiones
circa eam antiquissima 60.*

*Religio belli causa, rebellio præ-
textus.* 64

Religione multi sua vitia tegunt 85

*Religionis constanter amata Exem-
pla* 236

*Religionis jura plus valent apud
bonos*

ratione
124
unica ex
amicitia
non im-
n verbe-
non m-
nda 235.
pugna-
ensiones
60.
io pre-
64
tegunt
85
Exem-
236
apud
bonos

bonos quam splendor opum aut
honorum. 235
Religionis unitas exoptanda non
speranda 312
Religionis tolerantia unde 315
Religionis varietas non est causa
bellorum 320
Remedia opiata non temerè adhi-
benda 350
Remotus quis dicatur 205
Resp. duobus servatur incolumis
332
Res actionibus priores ut nomina
verbis 2
Res magis quam verba attenden-
da 328
Roma cur populorum portus & pa-
trocinium dicta? 207
Romanorum perfidia 31. cautela
190. formula in constituenda
pace 202
Roma-

<i>Romani castrorum curam chari-</i>	
<i>tati liberorum præculerunt</i>	336
<i>sed certo respectu</i>	337
<i>Rudolphi Imp. clementia</i>	34
<i>Rustici peculiari patrocinio digni</i>	137

S.

<i>Sevire in res innoxias plus quàm</i>	
<i>Ethnicum est</i>	132.
<i>in pueros &</i>	
<i>fœminas dirum & turpe</i>	135
<i>Salus populi suprema lex</i>	181
<i>Saxonum animositas</i>	297
<i>Seditio quid</i>	56
<i>Seneca elegans dictum</i>	206
<i>Servitus malorum omnium po-</i>	
<i>stremum</i>	177
<i>Sicula Vespera</i>	310
<i>Simoneti observatio de Victoriâ</i>	162
	Socie

m chari-
erunt 336
337
34
nio digni
137

us quàm
ueros &
de 135
181
297
56
206
m po-
177
310
ictoria
162
Socia

Societas rei illicitæ nulla est 229
Strategemata habent laudem
& utilitatem suam 25. à bonis
ducibus non negliguntur ibid.
eorum exempla sacra & pro-
fana 26
Sublimior est, qui potentior est
183
Successus & prosperitas in bello
superbiæ incitamenta 117
Supplices interficere maximum
scelus 134
SVEECORUM REX rediuidus
Alexander 17. *Hercules* 216.
Gedeon 239. *Theodosius* 125.
literatis Græcorum & Roman.
principibus meritò accensen-
das 342
T.
Themistoclis dolus 30. *apoph-*
tegma 220
Tulli

Tulli Reg. R. sapiens monitum

203

Turcicum bellum Germania seditiones impedivit

347

V.

Verbis prius & iudicio quàm armis lites finiendæ

99

Vicinus quis 217. bonus vic. in bello prodest

221

Vicinitas commoda & incommoda affert

217

Vicino interest vicini conditionem non mutari

222

Victoria non est vera, quæ læsa fide aut dignitate paratur

29

Victoria non abuti quid sit

117

Victoria de cælo

123

Victor qualem se gerere debeat

117

seqq.

Victor

ovitum
 203
 nie sedi-
 347
 uam ar-
 99
 c. in bello
 221
 ommoda
 217
 ditionem
 222
 lesa fide
 29
 117
 123
 beat 117
 Victor

*Victor in danda, victus in accipi-
 enda pace ad quid respicere de-
 beant* 130
*Victor decorum servat ignoscendo
 & parcendo* 131
*Victor (si pius) pacificus, benignus,
 & moderatus erit* 131
*Victor parcat, si humanitatis stu-
 diosus 140. si gloria cupidus 156*
*Victor tum maximè hominem se
 cogitet, quando Deus salutatur*
 143
*Victoris acerbior ira quomodo &
 quatenus excusanda* 154
*Victor tutum respicit, si fortuna
 volubilitatem pensitat* 158
Victis praesidia imponenda 174
*Vincuntur interdum in causâ me-
 liores* 84
Viri non est, fraude agere 28. 251.
*Virtus omnium officiorum funda-
 mentum* 29

- Virtus quod nequit, saepe praestat
desperatio* 195
- Ultio meritum non excedat* 166
quando ad rabiem degeneret 132
- Utilitas publica ab honestate nun-
quam disjuncta* 182
- Utilitati omnia parens* 181

X.

- Xerxis clades maxima* 82

FINIS.

pe prestat

195

edat 166

degeneret

132

ate nun-

182

181

82

WITTEBERGÆ.



Typis AMBROSII ROTHII,
Acad. Typogr.


Anno M. DC. XXXII.


Lector benevole

ERRATA invenies lector plura; talia tamen, ut speramus, quae nostrae potius, quam auctoris, qui quandoque forensium expeditionum causam peregre abfuit, culpam irrepsertunt: pauca tamen emendanda duximus, cum caetera itidem correctu minime difficilia sint. In pag. 124 pro *milius* lege *melius*. p. 130. pro *ultimil. ultioni* p. 172 pro *actum* l. *factum* p. 186. l. *irreconciliabile*. p. 250. pro *perferre* l. *proferre*. p. 288. pro *ensoria* l. *ensorio*. p. 314 pro *mirando* l. *minando*. pag. 324 pro *asserunt* l. *afferunt*. p. 334. pro *sepie* l. *sepem* p. 337. pro 87. l. §. 7.

Τῶ μόνῳ Θεῷ δόξα.

ta tamen,
quam au-
peditionū
pserunt:
cum ca-
ilia sint.
p. 130. pro
factum
perferre
ensoriō.
324 pro
l. sepem





2
C 4529


ULB Halle
003 550 427



3

VO 12








Pa

NIC
L

Adl
P

Sumt



Kodak
LICENSED PRODUCT

KODAK Color Control Patches © The Tiffen Company, 2000

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

